

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Apodeixis Theologica, Pontificios Esse
Eikono-Stauro-Skeletolatras**

**Thumm, Theodor
Zeller, Christoph**

Tubingæ, 1623

VD17 VD17 23:333177R

Theologica, imagines sanctorum non esse religiose colendas

[urn:nbn:de:bsz:31-128931](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128931)



Απόδειξις

THEOLOGICA, IMA- GINES SANCTORUM NON

ESSE RELIGIOSE COLENDAS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



Uod D. Basilius Epist. 51. agricolis evenire dicit, illos, quando incurvum tenellæ arboris ramum corrigere student, nimia attractione in alteram partem peccare: idem Calvinianis accidere ὀφθαλμοφανερῶς comperimur. Dum enim rasæ

cohortis ἐιδωλολατρείαν emendare satagunt, Charybdin devitantes, ad Scyllæ scopulos allisi, omnem omnino (quæ in se est) εἰκονοποιίαν abrogant; & securibus, bipennibus, vectibus, malleis, alijsq; id genus instrumentis è Vulcani, non Mosis Academia depromptis, ex agro Christiano eliminant; & dum minimè id agere videntur, turpem ad ἐιδωλολατρείαν recidivam patiuntur, in salutis negotio *privatam opinionem*, omni verbo destitutam, ceu idolum, eo statuentes loco, qui soli Deo & ipsius verbo fundamentali debetur. Nos ergò mediâ, ceu regiâ, incedentes via, & ita cum Tertull. de Carn. Chri. c. 6. *vitantes Carnavianam, ne incidamus in Calvariam*, vanam illam opinionem in Sculteto Iconoclaste & Cacodoxo solidè refutavimus: restat nunc, ut ad alterum cõversum extremum, Pontificios, & eorum hyperaspistem Bellarminum Ἐικονοσταυρο-Σκελετολάτρας aggrediamur, & gentilismû ipsorum meridianæ. exponamus luci. Duo ergo tractabimus in

A 2.

hac:

hac *ἀνω Θεολογία*; 1. De Imaginibus, & 2. de Reliquijs. Consideramus autem *imagines* 1. in genere. 2. in specie Bellarminum de cruce dissertantem videbimus. Jehova Favonio gratiæ adspiret, Amen.

Membrum primum de Imaginum cultu in genere.

Hic cum primis probè observandus est status controversiæ, qui legitimè formari debet, ne *ἀεγομαχίμην*, & cum larvis decertemus. Non autem (*κατ' ἀγορίαν*) 1. controversitur, *an Imagines honestas, veras, utiles facere & habere liceat*; Id enim utrinque est in confesso, & multis argumentis demonstravimus in Iconoclaste. Nec 2. *an aliquis sit Imaginum usus*. Profitemur namq; ingenuè, non parum eas conferre in *docendo*, in *commonefaciendo*, in *confutando*, in *affectu testificando* & *movendo*, in *imitando*, & deniq; in *exorando*, vide Iconoclasten. Nec 3. *an tolerande sint in templis & basilicis, si absit opinio cultus, vel superstitio, vel obscenitas, vel nimia eaq; onerosa copia*. Unde apparet impudens os Bellarmini (vel potius Johannis Cochæ, celeberrimi illius sycophantæ) qui l. 2. de imag. c. 6. *Mezalandrum nostrum Lutherum violentam imaginum e templis exturbationem, ab Andrea Bodenstein Carolstadio factam, probasse quidem mentitur, reprehendisse autem autorem, quia ut id faceret, non à se potestatem & auctoritatem fragitaverit*, cum tamen Lutherus hinc inde in scriptis illud refutet, & peculiarem contra *ἑκονομάχους* libellum de Cælest. proph. cōscripserit: *praxis item Ecclesiarum nostrarū apertissimè reclamet*. Nec 4. *an sint honoranda imagines externa quadam honorificentia, quomodo templa ac vasa seu utensilia ejus ἐὶ ἁγίων ἔχειν ἢ ἔχειν ἔχειν solent*. Nec 5. *an ante Imagines Dei, Christi, crucis, &c. adorare liceat, si citra omnem vel adorationis vel perverse opinionationis dementationem in ipso orationis actu oculis obversentur*, h. e. si quis ex aspectu crucis Christi in recordationem passionis

fionis & mortis ejus veniat, & memor beneficiorum ejus, pro ijsq; gratias acturus Deo, tota mentis devotione non ad lignum, sed ad ipsum & solum Christum conversus, cujus beneficia per crucis aspectum ipsi revocantur in memoriam, pro quodam zelo & grata mente & sine ulla superstitione, in vocet, nemo pius facile reprehender, neq; nunc de hisce est disputatio. Aliud n. est, & quidem longè aliud *crucem adorare*, aliud *Christum corã cruce adorare*: aliud *adorare atrium*, aliud *adorare Deum in atrio suo sancto*. Deum omnibus in locis jubet invocare Apostulus 1. Tim. 2. 8. & Salvator ipse Jo. 4. v. 21. Hinc Elifæus nõ reprehendit Naamanũ in fano Rémon (in quo illius etiam erat idolũ) *adoraturum verum Deum*, sed in pace dimittit, 2. Reg. 5. v. 18. Hinc Paulus non dubitat *adorare Deum in navi*, cujus insignia erant, *Castor & pollux*, Act. 28. v. 11. Hæc verò res non caret *magnopere*, imagini (ut quidem apparet) velle fieri supplicem, unde fieri potest, ut rude vulgus aut in opinionẽ *cultus delabatur*, aut *infirmi offendantur in fide*. Quapropter hic potius quid *decãat*, & ad Ecclesiæ *ònoxopolav* faciat, quàm quid *liceat*, spectandum est; Neq; enim ut olim *ad templum*, vel *versus arcam*, piẽ concipiebantur preces, ita hodie *ad imagines Christi vel sanctorũ* idem fieri debet. Nam sicut tempora illa *pueritiæ* præterierũt (quibus ipsis tamen nefas erat, non minus coram *Araonis*, quam coram *Jeroboami vituis* procumbere:) ita & *mandatum*, uti dictum, de *adoratione certis locis alligandã*, ab ipso Christo est sublatum, Joh. 4. 21. Sed 6. (*ἑπιτύς*) quæritur: *Virum imagines pictæ, sc̃ptæ, sculptæ fuse, &c. Dei, Christi, crucis, sanctorũ, in sensu χεπιτύς relativo (vel λατρεῖα διυλεία ὑπερδιυλεία, vel modo im perfectiore, cultu univoco, aut analogico sive per se, sive per accidens) ad prototypa religiosè venerandã, adorandã, salutandã, amplexandã sint?* Hic nos Negativam: adversarij verò papicolæ Affirmativam tuentur.

Pro nostra sententia astruenda hunc generalem pro-

ponimus syllogismum: **QUICUNQUE CULTUS I. EST.** ἄγραφο. 2. ἀνίγραφο. 3. ἀλογο. 4. **HABET ADVERSARIUM PRIMITIVAM ECCLESIAM.** 5. **AB IPSIS SANIORIBUS NEGATUR ANTAGONISTIS.** **ET 6. GENTILISMUM SAPIT, ILLE UTIQUE IURE MERITO AB ECCLESIA CHRISTIANA EXULARE DEBET.** AT QUI TALIS EST PONTIFICIORUM CULTUS IMAGINIBUS ASSIGNATUS. ERGO. Propositio suâ luce radiat, nec uberiore opus habet confirmatione: moroso autem disputatori probari nullo negotio poterit, sicut id, si quâ opus erit, demonstrabimus. Assumptio ut astruatur, singula syllogismi membra *figillatim* sunt consideranda & excutienda.

I. PONTIFICIORUM CULTUS IMAGINUM EST ἄγραφο, IN SACRIS NON FUNDATUS; quæ n. nec ἀνολογῆσθαι seu in *litera* ibidē continentur, nec per *bonâ consequentiâ* legitimè inde deducuntur, illa cultus nomine venire nobis non possunt, id quod patet I. ex **DICTIS generalioribus:** Ef. c. 8. v. 20. *Ad legem & ad testimonium, quod si non dixerint secundum verbum hoc, non erit eis matutina lux. Scripturæ sunt, quæ nos possunt σαρῖσαι ad salutem.* 2. Tim. 3. v. 15. *in quibus vitam habemus eternam,* Johan. 5. v. 39. 2. **Specialioribus.** Deut. 12. v. 8. *Non facietis singuli, quicquid rectum videtur in oculis vestris;* v. 32. *quicquid ego præcipio vobis, custodietis, ut faciatis: non addes ad illud, neq; detrahes.* Ef. 29. v. 13. Matth. 15. v. 9. *μαῖνν, frustra colunt me docentes doctrinæ, ἐντάλματα hominum, quæ verbotenus speciem quidem habent sapientiæ.* ἐν ἐθελοθρησκείῃ, Col. 2. v. 23. *sed nemo de manibus nostris requisivit,* Ef. 1. v. 12. 3. **EXEMPLIS:** Saul I. Sam. 15. v. 9. 21. *bona quidem intentione, ut vid. Domino Deo suo immolaret, contra præceptum Domini oves & boves, ut & Regem Amelekitarum radiciter extirpandorum & stirpitus eradicandorum reservaret, ijsq; pepercerat.* Num ob id *cultum* Deo præstitit *gratum?* minimè gentium, sed gravissimè repreh-

hensus est à Samuele, dicente: v. 22. Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? MELIOR est enim OBEDIENTIA, quàm victima, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum; v. 23. quoniam quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus Idololatria, nolle acquiescere; pro eo ergò, quòd abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus, ne sis Rex. Ita 1. Sam. 13. cum cessaret Samuel venire in Galgala, ad offerendum holocausta, & hostes philistæi instarent, noluit Saul inconsulto, & non placato Iehova inire prælium, & propterea ipse còtra Dei institutionem manus operi admovit, holocaustaq; obtulit. Nec propterea necessitatis prætentus ipsum Deo excusavit, sed gravissimè increpatur v. 13. Stultè egisti, nec custodisti præcepta Domini Dei tui, quæ mandavit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum: sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Sic Christus Jo. 16. v. 2. invehitur in eos, qui ἀπουναγώγως faciendo, & jugulando Apostolos, videntur πατερίαν προσφέρειν τῷ θεῷ. 4. RATIO. NE. Qui vana cordis sui figmēta & cogitationes scripturæ sacræ præfert, ille utiq; Deum non iudicat sapientissimum, sed contra primum Decalogi præceptum peccat. Aut enim illum cultum Deus verbo & sacris paginis manifestare potuit, aut n. potuit: Si hoc, impotentie arguitur, quod ἀδύνατος: Si illud, aut voluit, aut noluit: Si noluit, invidia & malevolentia insimulatur, quod βλάβος φημιον: Si voluit, utique fecit, quod tamen (uti mox demonstrabitur) factum non est, vel monstrent locum, si viri sunt.

Excipit Adrianus I. Pontifex Romanus in Epist. ad Augg. Constantinum & Irenen 1. *Abel ex primitiis ovilis sui propria voluntate dona Domino Deo obtulit, de quo legimus: Respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus.* Ref. τὸ dicere Adriani, nobis non est probare: nondum scripture dicto demonstravit Pontifex, *Abelē id propria voluntate fecisse.* Contrarium ex Heb. 11. v. 4. eruimus, ubi Abel per fidem (sine qua

qua *impobiffile* est placere Deo v. 6. *Et ex ea, quod non fit, peccatum est*, Rom. 14. v. 23.) *uberiorem hostiam obtulisse dicitur Deo, quam Cain*. Jam autem novisse debuit Adrianus, *fidem, viculatorum, non esse nisi ex verbo*, Rom. 10. v. 17. Quis ergo dubitet, sanctissimum patriarcham Adamum, *speciali revelatione divina admonitum, filios de offerendis Deo victimis erudisse*, imò ipsum *primum Pontificem* extitisse, sicut id nervosè declaravit Franz. in Scho. Sacrif. Patriarch; vide prolixam argumèti hujus diductionem in explicat. terminorum & distinctionum, pag. 2. & seqq. 2. exipit: *Noah post Cataclysmum altare propria voluntate Domino construxit, et ex omnibus animalibus et volatilibus pura dona in altare attulit*. Resp. rursus τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνει Adrianus. Probet prius, *Noachum propria voluntatis instinctu altare Deo extruxisse, & non potius per successionem & prerogativam primogeniture sacerdotalem tunicam à majoribus accepisse, præsertim cum præcognitione indigitetur*. 2. Pet. 2. v. 5. *& gratum sacrificium obtulisse legatur*, Gen. 8. v. 21. 3. *Similiter, inquit Abraham propria voluntate aram extruxit in honorem et gloriam Dei, quem admodum apparuerat*. Resp. Est Elench. parium 1. ob dispar subjectum. Abraham enim erat *Propheta*, sapius familiari Dei alloquio usus Gen. 20. v. 7. *Prophetae autem non raro extraordinariè agebant, quod in Elia apparet, qui contra præceptum Deuter. 12. v. 5. 6. 7. 8. in monte Carmelico holocausta obtulit* 1. Reg. 18. v. 32. 33. *Adrianus autem non prophetici Dei Spiritus, sed Stygi Sycophantæ instinctu imaginum culturam adornavit*. 2. ob dissimile objectum. Non enim *novum cultum* instituit Abrahamus, sed tantum *altare* extruxit, ad quod tanquam in templo domesticam Ecclesiolam in formaret de *venturo Messia, & semine benedicto, sacerdoti quoque, per manus à maioribus accepto* functus est in omni loco, ad què venerat, quia tunc temporis nondum certo loco alligatus erat religiosus sacrificandi ritus. 4. *Jacob etiam, pergit Adrianus, cum fugisset à facie*

facie fratris sui, vidit per visum Angelos Dei per scalam ascenden-
tes, & descendes, & Dominum in iuxta scalam ad se loquentem. Post-
quã autẽ surrexisset, EX SUA VOLUNTATE lapidem, in quo ca-
put declinarat, sustulit: & ubi erexisset eum, infudisset q̃ super eũ
oleum, vocavit locum Bethel, dicens: Non est hic aliud, quã do-
mus Dei: Ob quam sanẽ causam non legimus illi iratum Deum: non
enim illi exprobravit, quòd sua voluntate lapidem erexisset. Ref-
rursus ludit Adrianus Elencho parium ob fallaciam Fi-
nis. Non enim hoc fine extruxerat, & oleo perfuderat
Jacobus lapidem istũ, ut vel ipsum, vel per hunc Deũ univocẽ
vel analogicẽ adoraret venerareturq̃, sed tantũ ut esset memo-
riale miraculosæ apparicionis, & grãtiosæ benedictionis
divinitus factæ: unde postea c. 35. Gen. v. i. jubetur ad eũ lo-
cũ redire, & altare Domino extruere. Tumulos autem in memoriã
extruere, quod tunc tẽporis, sicut & adhuc hodie à *Didaco-*
gus erat; & preceptum divinum urgere, est *πρόσθεσις* *ἀντι-*
κειμένου statuere. Adrianus verò in tota hac Epistola, ut &
in integra pseudo-Synodo Nicæna non pro *adiaphorico*
imaginum usu, sed *religiosa* & *necessaria* earundem *veneratione*
depugnat. Et hæc de argumentis Adriani, ex quibus tan-
quam ex unguis leonem, istam Synodum, quam tanto-
perẽ jactitant Pontificij, cognoscere licet. Firma ergò,
solida, & immota adhuc subsistit nostra propositio,
quòd non omnis cultus, in nomine Dei, sine precepto, pro *subitus*
rationis figmento susceptus, bonus & sanctus sit: *ἡ ἀρετὴ ἐστὶν ἐκείνη*.

Assumptionem tuemur tantisper, usq; dum non ex
rationis lacunis, sed limpidi Israelis fontibus monstrẽ evidẽs
& luculentum aliquod dictum, quod *imagines humana*
arte extructas & *effictas*, religiose venerandas esse suadeat. Mon-
strent nobis, si possunt, aliquod preceptum nulli hominum
decretandum de religioso istarum statu, earum cultu:
Monstrent *promissionem* divinitus imaginum cultoribus
factam: Monstrent *elogia* & *encomia* sacrarum paginarum,
quibus simulacrorum culturam commendant, nobisq;
B incul-

inculcant: Monstrent contra vituperia eorum, huic qui defunt officio, reverentiamq; religiosam hisce non tribuunt. Monstrent, si viri sunt, probatum probatè verèq; exemplum piorum virorum, qui coram imaginibus prostrati per ea vel Deum vel sanctos invocarint. Hic Rhodus: hic saltet Lojolita.

Ne autem nihil egisse videatur Bellarminus, quædam l. 2. de imag. c. 12. *Scriptura dicta* proponit, quibus opinionem firmare nititur suam, eaq; in tres distribuit classes; nos κατὰ πρόδω sequemur, & quantum profecerit, videbimus. Primò adducit testimonia ea, quæ expressè de imaginibus agere dicit, nim. Exod. c. 25. de Cherubim propitiatorij: Et Num. c. 21. de aneo serpente. Imagines namq; Cherubim necessariò adoras esse ab ijs, qui arcam adorarint. Sic serpentem aneum non potuisse non honorari, cum in loco sublimi fuerit positus, & salutem miseris in se aspicientibus attulerit: Syllogismus potest esse talis: Si licuit in V. T. venerari imagines Angelorum & Christi in forma serpentis, licebit & in N. T. adorare imagines sanctorum & Christi in forma hominis. Ratio connexi, quia non potest dari causa disparitatis. Vel si Categoricalum juxta Logicorum regulas urgeas: Quod licuit in V. T. idem & in N. non est inconveniens. Sed imagines colere licuit in V. & i. ad Majorem, illam fallere fallacia consequentis ob Elenchum parium. Notum enim est, non eandem esse rationem V. & N. T. cum in illo licuerit Deum placare sacrificijs, quod pariter in N. non licet: in illo cultus ad certum locum fuit alligatus, in hoc ubi vis Deum licet in spiritu & veritate adorare. Potuisset Deus ob specialem ad arcam presentiam maiorem eius reverentiam à Judæis exigere, quod sine mandato in N. T. urgere non licuisset. Uerùm transeat Maior. 2. ad Minorem, illam esse vanissimam ob crimen falsi, quando arcam dicit adoratam fuisse, quod à veritate alienum esse, exsequentibus patebit, & fallaciam à illis. Tò adorare enim ad arcam Deum specialiter præsentem,

sentem, non est adæquata causa, cur ipsa quoq; arca statim adoretur. Num enim, qui ad Baptisterium S.S. Trinitatem adorat, propterea ipsum quoq; Baptisterium, & aquam contentam, ministrumq; adstantem, & infantulum super impostum adorat? Ad altare qui Deum invocat, ipsum quoq; stragulum, & vasa stannea, argentea, aurea, libros & pileum ministri ibi jacentem adorat? Quis non inde & de lar argumēti, & per consequens, vanitatem auctoris ipsius conspiciat? Nonne ex hac sequela legitimè inferitur, Pōtificios Nao-lātas esse, utpote qui in templis & Basilicis frequenter preculas deblaterant demurmurantq; suas? Nonne Daniel Jerusalem, vel partem cali versus Jerusalem adorasse dici potest, qui in cænaculo suo tribus in die temporibus contra Jerusalem flectebat genua sua, & adorabat, Dan. 6. v. 10? Nonne Christus suspiciens ante solutionem linguæ *μογιλὰν* Mar. c. 8. factā, in cœlum, & ingemiscens orante cœlum & astra adorasse videtur? Ita ante Apostolorum electionem Luc. c. 6. v. 12. precatus in monte, montem veneratus est? Sic populus Marth. 21. asnam adoravit. Vides ergò absurditatē, quam infert Suita ratiocinatione suā, non ex oraculis divinis, sed mentis lirippio petita. 3. De serpente eneo salva res est. Nam Num. 21. v. 9. erigitur in signum, ut omnis serpentino morsu petitus eā non adoret, sed adspiciat & sanetur. Cum verò ipsi postea (NB.) adolere, & suffita incendere (id quod hodie & suis præstant papicolæ idolis) inciperent, contritus atq; confractus est à Rege Ezechia, 2. Reg. c. 18. v. 4. Quare ut ille, quando accessit superstitio, abolitus est: ita & nos inverso argumento imagines, quibus maxima in papatu commissa est Idololatria, abolendas, & extra pomœria Ecclesiæ (si ad sit cultus opinio) eijciendas esse contendimus.

Secunda classis ea continet testimonia, quæ docent, creaturas religiose honorandas propter solā relationem ad Deum: Ut Psal. 99. v. 5. Adorate scabellum pedum ejus: quo in loco,

per scabellum pedum Dei, arcam federis intelligit, quæ creatura cum sit, & adorari jubeatur, negat id fieri posse propter civilem excellentiam, sed propter relationem ad Deum. Et Matth. c. 5. v. 34. Nolite jurare per cælum. Vbi nota, juramentum esse actum religionis, quo honoratur primariò Deus, secundariò id, per quod juratur. Prohibet ergò Deus juramenta sine debitis circumstantiis per cælum & terram, ne cõtumelia fiat ejusmodi creaturis, quatenus relationem habent ad Deum. Sed similem relationem habent imagines: igitur eadem ratione colendæ sunt. Syllogismus militet pro Bellarmino hic: Quicquid Deus ipse religiosè colit, illud utiq; venerandum est. Sed creaturas, &c. &c. Major legitima & genuina est: in minore autem continetur τὸ κειρόμενον, & proposita dicta nihil minùs faciunt, quàm ut probent id, quod controvertitur. Loco enim Psal. 99. v. 5. Originale Hebræum habet vocẽ Lahadom quæ vel per τὸ ἄδ scabellum, vel per τὸ scabellum exponi potest. Hinc non solum Lyranus ait, adorandum esse ante arcam, non arcam adorandam: Verùm etiam Bellarmini sodalis, Arias Montanus verba Psalmi ita exponit: adorare in domo sanctuarij eius, sanctus siquidem est; Optimè enim novit, 1. Deum nusquam sanxisse, ut adoraretur arca federis, sed sese, peculiari ratione in tabernaculo ad arcam federis præsentem, adorari jussisse; 2. fideles non arcam vel templũ ipsum, sed ἄδ templũ & arcam conversos, adorasse; qui aliter sentiunt, ijs idem sensus, qui a sino Ifidis vectori; si religiosum honorẽ non minus saxi & ligno, quàm Deo exhibendum putant. Verùm cum hebræa verba utroq; modo converti possint: adorare scabellum pedum eius, & adorare ad scabellum pedum eius, ex loco obscure & æquivoco Bellarminus firmum pro astruenda εἰκονολατρείᾳ argumētum non petet, eò quòd dubium sit, an hæc vel illa præpolleat significatio. Alia igitur clariora & evidentiora adducat loca necesse est, aut causã cadat suã: nos pro nobis acceptamus altum sacri codicis silentium, siquidem nul-

la ne

la ne unica saltem litterula, aut apex unus monstrari potest, quo Deus arcam fœderis religioso venerari cultu jubent: contra plurimis scripturæ locis Judæi tantum ad arcam fœderis Deum adorasse dicuntur, sicut id ^{in duabus} ex precatio-
ne Salomonæ 1. Reg. 8. v. 28. *Respice adorationem servitui,*
et ad preces ejus, Domine Deus meus, audi hymnum et orationem,
quam servus tuus orat coram te hodie: v. 29. ut sint oculi tui aperti
super domum hanc nocte et die, super domum, de qua dixisti:
Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem, quam orat IN LO-
CO ISTO AD TE servus tuus, v. 30. Ut exaudias deprecationem
servi tui, et populi tui Israël, quodcumq; oraverint IN LOCO ISTO,
et exaudies IN loco habitaculi tui in caelo. Sic 1. par. 13. v. 6.
Ascendit David et omnis vir Israël ad collem Ciriathiarim, quæ
est in Juda, ut afferret inde arcam Domini Dei, sedentis super Che-
rubim, UBI invocatum est nomen Domini. Ita Ps. 132. v. 7. In-
troibimus in tabernaculum ejus: adorabimus IN loco, UBI stete-
runt pedes ejus. E. secundum consequentiam Bellarminia-
nam etiam terra est adoranda, ut pote quæ est scabellum
pedû Dei: Mat. 5. v. 34. Et hoc ipso Psal. v. 9. Adorate ⁱⁿ ^{monte}
in monte sanctitatis ejus. Ergo mons Sion adorandus, &
licet analogicè, venerandus erit. Mirum sanè, Da-
videm prophetici et hâs spiritus collustratum radijs, adeo
in meridiana quasi palpitate luce, nec unquam coram
monte prostratum cõdignis eum excepisse honoribus. Nõ
ne prophanationis infamiam subijt, quod pedibus nõ deni-
datis in eum saepius ascendit? Dolendum, imò pudendû,
tot fuisse prophetas per celebres, tot pientissimos Reges
in Judæa, nec adeo fuisse oculatos, ut venerabilitatem mon-
tis istius perspexerint. 2. Posito ex ^{verbo} ^{dicto}, sed non concessio,
adorasse Israelitas arcam fœderis, nonne divino mandato ad-
sertum illum locum adstricti & alligati erant? nonne ora-
culo cœlicis delato arca compingi jussa est Exod. 25. v. 10.
II. & seqq! Ubi verò suum habent pontificij de imaginibus
vel fingendis & sculpendis, vel religiose adorandis, divinum

præceptum? ubi *coram ipsis* Deum adorare vel minimissimo punctulo jubentur? Demus (ἐξ ὑποθέσει) ad *imagines Dei & Christi id fieri licere*, quomodo eam, quæ ad *sanctorum statuas* fit, sive *Δουλείαν* sive *λατρείαν* defenfabunt? cur honorem, quem *viri* detrectarunt, *mortuis*, imò *fictitijs* (ut S. Christophori) simulachris tribuūt? Hic sanè videat Bellarminus, quomodo se suosq; ab *εἰδωλομανείας* suspicione vendicet. Huc accedit 3. quòd nec ipsi patres hunc locum de *arca adoratione* intelligendum duxerunt, & cum ignoratione Hebrææ linguæ mirè se torsissent, tandem in eam delati sunt sententiam, ut de *carne Christi* intelligendum dictum asseruerint. Vide August. & Jesuitam Lorinum in hunc Psalmum.

Ad secundum locum Matth. 5. Resp. admodum diversas fovere Ecclesiasticos doctores de eo sententias, & ideò nec inde firmum extrui fundamentum. Hieronymus enim contendit, Christum hoc loco *formulas jurandi per creaturas, tanquam impias, simpliciter damnare*. Alij judicant, istiusmodi loquendi formulas non tam *juramenta*, quàm *obtestationes* esse appellandas, eò quod jurisjurandi religio honor fit accultus, *soli Deo* debitus. Nos ex *συνεχείᾳ* & *συναφείᾳ* totius contextus hanc Christi de *juramentis doctrinam pharisaicis oppositam esse affirmamus corruptelis*, qui assererent, *juramenta non servata non abire in perjuriam, nisi expresse adjectum fuerit nomen Dei*: licere igitur in juramentis *adhibere nomina creaturarum, cæli, terræ, capillorum, &c.* & in his, qui *fidem non servant, committere peccata, quæ vocarunt minima*; responsio fundatur Matth. 23. v. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Veram ergò sententiam spissis hætenus obrutam tenebris Christus rursus eruit, genuinumq; sensum explanat, dicens, *non ea tantum esse perjuriam, ubi manifestè adhibeatur nomen Jehovæ, sed & illa quoq; si quis juret per cælum, quippe quod thronus Dei: vel per terram, quæ subsellium pedum ejus: vel per Hierosolymã, quæ civitas magni sit Regis: vel per caput, cum penes*

nos

nos non fit unicum capillum dealbare, vel nigrum reddere. v. 34-35. 36. Ex quo liquet, quando in formula juramentorum creaturarum mentio fit, jurisjurandi religionem & invocationem non dirigi ad creaturas, vel ibi subsistere, sed obliquè, indirectè seu mediatè referri ad ipsum Deum, & quidem solum, qui presentiam, gloriam, potentiam & operationè suam illustri aliqua ratione in creaturis patefecit. Exinde tamè nondū inferre licet, per imagines etiã jurari, vel aliã religiosi cultus partem ad eas transferri posse, cū in imaginibus gloria, potentia & majestas Dei eo modo non eluceat, quo in creaturis conspicua est. Quòd verò Bellarminus dicit, juramentum esse actum religionis, quo primariò Deus, secundariò Creaturae honorentur, illud negamus, & dicimus, juramentum propriè dictum esse partem cultus soli Deo debiti, sicut id patet 1. ex dictis: Deut. 6. v. 16. In nomine meo jurabitis. Jer. c. 12. v. 16. Si juraverint per nomen meum, edificabuntur in medio populi mei. Heb. 6. v. 16. Homines per majorem se jurant, &c. 2. exemplis, Rom. 1. v. 9. Testis mihi Deus. 2. Cor. 11. v. 31. Novit Dominus. 2. Cor. 1. v. 23. testem invoco Deum. Rom. 9. v. 1. Veritatem loquor in Deo. Quòd verò Moses Deut. 4. v. 26. cælum & terram testes invocat; Josephus Gen. 42. v. 15. per vitam Pharaonis; & David 1. Sam. 20. v. 3. per vitam Jonathani jurat, illa non sunt juramenta propriè dicta, sed indirecta, seu gravissimæ obtestationes ac vehementes asseverationes, quibus res charæ tanquam pignora, & creaturae tanquam gloriæ divinæ symbola adhibentur. 2. Quando creaturae dicuntur sanctæ & bonæ, id referendum est ad auctorem, quia à sanctitatis fonte Deo proveniunt, & sanctificantur per sermonem Dei, 1. Tim. 4. 5. in creatione apparentem: bonæ sunt bonitate physicâ & Metaphysicâ: Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona, Gen. 1. v. ult. Non autem sancta sunt ideò, quòd in relatione ad Deum religioso sint adoranda cultu, ut falso fingit Bellarminus. 3. Plus sumit Jesuita in conclusione, quàm probavit in præmissis

sis. Hoc enim tantum sequeretur: *per caelum, terram &c. in relatione ad Deum jurare licet. E. & per imagines in quibus ad respectum tota jurare licitum erit. Non autem: Ergo in illa mutua relatione imagines ipsas venerari licet.* Alias idem de caelo, terra, capite, &c. valeret, & injuria invehretur Deus in Israelitas, colentes & libamina offerentes roginæ caeli. Ier. c. 17. & 17, 18. o. 44. & 17. 19. E. *præmaturo zelo Josias abrogavit aruspices, adolentes in censa Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militia caeli.* 2. Reg. 23. v. 5. item equos & currus soli dicatos. & 21. 1. E. *ab eo Manassi vituperio ducitur, quod edificavit, &c. 2. par. 23. v. 5.* E. iniquè idololatriæ insimulantur gentiles, quod Solem, Lunam, Ignem: imò boves, vaccas, & felles adorant; quia bonas Dei creaturas venerati sunt. E. adhuc hodie (modò adfit intentio relationis ad auctorem) easdem colere religiosè oportet? En lepidum & festivum argumentum è Lojolitæ cerebello, tanquam Minerva è Jovis capite exortum! Quid est colligere quodlibet è quovis, & argumentari à baculo ad angulum, si hoc non est?

Tertia testimoniorum classis ea respicit dicta, quæ docent, creaturas dici sacras vel sanctas propter relationem ad res sacras. Syllogismus pro Bellarmino formari potest hic: *Quicquid sacrum dicitur ob relationem ad rem sacram, illud religioso est excipiendum cultu, si ve ille sit univocus, si ve analogicus. Atqui tales sunt creaturae E. & quis non primo intuitu animadvertat, fallere majorem crassissimam à fall. causam. Tò namq; sacrum vel sanctum dici, non infert statim religiosum (licet analogicum tantum) cultum. Nonne enim sacra dicuntur templa ob respectum ad rem sacrâ, nec tamen adorantur? Nonne mons Sion sanctus dicitur ps. 2. v. 6. & ps. 99. v. 9. nec tamen venerati ipsum sunt Israelitæ? Nonne sanctus est cibus & potus per verbum Domini & orationem innum ob id cultu religioso dignus habetur? Concedo, ab ignavis Monachis abdomini infervi entibus, quibus*

bus venter Deus est. Nonne Hierosolyma sancta appellatur civitas Matt. 27. v. 53. nec tamen unquam coram ea prostrati sunt pii animi? *liberi ex fidei parente, sancti sunt* 1. Cor. c. 7. v. 14. *ministerium, conjugium sanctum est, & cetera*. Num. Propterea adorabile? Credimus *sanctam Catholicam Ecclesiam*, non adoramus, licet Papicolarū praxis repugnet.

2. Probè ergò distinguat Bellarminus inter sanctitatem *internam seu essentialem, & personalem, qualis illa competit S. S. Trinitati, hæc verò in Deum assumpta, & externam seu civilem honorificentiam* ob destinationem ad *sacrum cultum, vel aut horem sanctum, vel usum salutarem*, de qua hîc non est quæstio, cum suprâ concessa sit in formatione status Controversiæ: prior autem constanter à nobis negatur.

Specialiter exempla, quæ profert Cærdinalis, sunt profus *ἀπεοσδιόυσα*, ad rem nihil facientia. Nam 1. Exod. 3. dicitur: *Locus, in quo stas, terra sancta est*, ubi 1. ipse adversarius rationem hujus dicti reddit, sc. dicitalem *ob specialem & miraculosam Angeli fœderis seu Dei presentiam, & verbi divini predicationem*. 2. quamvis sancta fuerit *terra ista*, non tamen eam adoravit Moses; nec religioso prosequutus est cultu. Nihil ergò ad rhombum. 3. quæ sequela à terra, quam Deus speciali & extraordinariâ sanctificavit præfentiâ, ad *imagines*, nullo munitas præcepto, nec stabilitas ulla *παροχίας divine promissione*. 4. deducitur argumentum ad absurdum: *Cuicunq; creatura Deus specialiter presens est, illa ob χεῖρι ad Deum est veneranda*. Atqui omnibus fidelibus & renatis Deus specialiter & gratiosè presens est. E. omnes renati infantuli & quicunq; fideles erunt adorandi. Eadem est 2. responsio ad locum Exod. 12. v. 16. ubi loquitur de *honorificentia externa*, quæ diebus illis debetur ob destinationem ad *sacrum cultum*, sicut ipse Bellarminus sibi responderet. Aliàs sequeretur, *primam quoq; & septimam a zymorum diem, imò omne sabbatum* religiosè esse colendum.

C

Quòd

Quòd verò adversarius existimat ob eãdem ipsam causam, quã res dicitur *sacra*, dici quoq; *religiosè venerabilem*, ex loco Exod. 12. v. 16. ubi ita: *Dies prima erit sancta, & septima eadem religione venerabilis, & fallit & fallitur, id quod ex suprã dictis clarissimè patet.* Anathema autem Tridentinum subit Romanista, quòd à *vulgata versione* recedit, quæ sic habet: *Dies prima erit sancta atq; sollemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis*, ubi expressè loquitur de *externâ reverentia huic actui festivo debita*. Unde & LXX. tacentes de *religiosa veneratione*, dicunt: *ὅτι καὶ ἡ ἑβδμή αἷμα.* Infirmum igitur ducitur ab Etymologia vocis *religionis* argumentum, quippe cuius *quævis* nulli non obvia est. Idem 3. responsum sibi sciat antagonista ad locum Exod. 28. v. 2. ubi *vestes sacerdotales sancte* vocantur. 4. loco Esa. 11. v. 10. *Sepulchrum ejus gloriosum* vitiũ est veteris Interpretis. Ita enim originis fons habet: *Requies eius gloria*. Hinc LXX. *καὶ ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμὴ.* Lutherus: *Sein Ruhe wirdt Ehre sein*. Loquitur autem propheta vel de loco, ubi Rex Christus residebit, id est, *Ecclesia*, de qua Psal. 132. *Hæc requies mea in seculum seculi, & hanc Ecclesiam propter tantum regem gloriosam & magnificam fore docet; vel de beneficis & propagatione regni Christi, ut sensus sit, post evulgationem Evangelij in toto terrarum orbe ab Apostolis factam plurimas gentes ad Deum conversum iri, & in eo spem collocat vos suam omnes populos, maximoq; ipsum ad dexteram patriæ recumbentem & requiescentem profecuturos honore.* 2. licet loquatur de sepulchro Christo, non tamen de solo; & *sanctum* vocat, quia *sanctum Christi corpus* tenuit, & in isto *nostra sanctificata sunt sepulchra*. 3. non propterea tamen sequitur id esse adorandum, cum destituamur *mandato Christi*, qui procul dubio illud non reticuisset: destituamur *promissione de exauditione precum ad ipsum factarum*: destituamur *exemplo Apostolorum*, qui irreverentiæ essent accusandi, eò quòd non discalceatis pedibus intraverint, nec condignè venerati sint.

5. *Scriptura dicitur sacra* 2. Tim. 3. v. 15. 1. *ob auctorem* Deum; 2. *materiam*. Tractat enim *res sacras*. 3. *formam*; sancte enim ea utendum. 4. *finem*; proponitur namq; ut *sanctificet* homines ad vitam æternam. 5. *objectum*, quia sancti circa illa occupati esse debent: impuri autem & illoti manibus in eam temerè non irrumpant. Non verò religioſe ob id colimus *sacras paginas*, sed *externa honorificentia* dignas ducimus. Multò minus *litteras & verba prolata*, veneratione *λατρίως* prosequimur, sicut Pontificij facere consueverunt, qui *magicam* quasi quandam ejs attribuunt *virtutem & efficaciam alexicacam*, & hinc *Evangelium Johannis*, minutissimis licerarum apicibus descriptum colloſpendunt, eoq; *Dæmones fugari, morbosq; pelli* putant. 6. Nomen *J E S U* quod attinet, *civilem* ipsi reverentiam exhibemus per *genuflexionem & capitis apertionem*, quæ olim ab orthodoxa Ecclesia tempore *Arianorum* fuit introducta, ut in publicis conventibus *orthodoxi à cacodoxis & hæreticis* hac quasi tessera *dignoscerentur*. Et hanc siue Reverentiam, siue Ceremoniam (licet *Adiaphoristicam*) non facile omittendam ducimus. Non tamen propterea nomen sed *Christum J E S U M*, cui nomen impositum est, adoramus & veneramur. 7. eadem ratione *Evangelium* externo dignamur honore & reverentia, inq; *juramentis* (si adhibetur) *obtestationis loco*, tanquam *res chara* admittitur: nullo autem modo ei *λατρίως*. Invertimus ergò totum argumentum *Bellarminianum*: *Quicquid de reliquis creaturis non conceditur, id nec de Imaginibus* (ob defectum mandati & paritatis rationem) *concedendum est. Sed de terra, diebus festivis, vestimentis, sepulchro, s. scriptura, nomine J E S U, Evangelio &c. non conceditur, ut quia sacra dicuntur, ob χείρ ad res sacras adorentur. E. idem de imaginibus nō est concedendum.* Manet igitur adhuc conclusum nostrum: *E. imaginum cultus est ἄτραπεός E. est ἑοβλοοφῆσκεια. E. à Christianis longissimè abesse debet.* Id quod erat demonstrandum.

CULTUS IMAGINUM RELIGIOSUS EST ANTI-
 ΓΡΑΦΟΣ. Major in propatelo est: minor confirmatur hoc
 Profyllogismo: Omnis εἰδωλολατρεία est ἀντιγραφή, utpote
 que in primū Decalogi incurrit *preceptum*. Atqui imaginum
 cultus est εἰδωλολατρεία. E. Majorem hactenus omnes emun-
 ctioris ingenij lubenter admiserunt. Solus Gregorius de
 Valentia, ut se cæteris sapientiâ validiorem ostentaret,
 novam, eamq; lepidam (scilicet) advenit *distinctionem*
 in Apolog. de Idol. l. 2. c. 7. ubi ex verbis petri (1. Epist.
 c. 4. § 3. *Sat est nobis, quod ante actō vitæ & tempore voluntatem*
gentium fecimus, cum versaremur in ἀδελφῶν, nefarijs, seu illicitis
simulacrorum cultibus) ex his, inquam, verbis colligit, *Pe-*
trum insinuasse, cultum aliquem simulacrorū (sacrarum nem-
pe imaginum) rectum esse, cum fideles nominatim ab ILLI-
CITIS idolorum cultibus deterrere voluerit. Quid enim attine-
bat ita determinatè cultus simulacrorum illicitos notare, si om-
niñò nullos simulacrorum cultus licitos esse censisset? Nō acu-
men ingenij! E. quando avaritia dicitur turpis, quædam
est honesta; quando stuprum dicitur nefarium, quoddam
est licitum: quando vitia dicuntur detestabilia, quædam a-
morem merentur: quando adulterium dicitur impurum,
quoddam purum erit. Rationem suppeditat Gregorius:
Quidenim attinebat ita determinatè avaritiam turpem, stu-
prum nefarium, vitia detestabilia, adulterium impurum notare,
si omniñò nullam avaritiam honestam, nullum stuprum licitum,
nulla vitia honorabilia, nullum adulterium purum esse censemus?
 En Valentiane, quò te abducatur vana imagines defenden-
 di cupiditas? Ex Rhetoricis constat quædam Epitheta ip-
 sam naturam & proprietatem rei denotare, quædam circa
 accidentalia occupari, quædam distinguendi, quædam verò
 augendi tantum & amplificandi gratiâ assumi. Aliàs enim
 liceret inferre: homo est rationalis: E. & irrationalis. Id ἀδελ-
 φῶν autem εἰδωλολατρείας proprium esse, & augendi gratiâ ad-
 jungi ex plurimis scripturæ locis patet, neq; opus est o-
 perosa

perosa recensitione. Hæc de propositione.

Assumptionem confirmatam reddimus i. à defini-
tione ἰσομαλῶδες. Episylogismus potest esse talis: Cui nomi-
nis interpretatio convenit, eidem ipsum quoque nomen verè attri-
buitur. Atque cultui imaginum competit definitio nominalis εἰδω-
λολατρείας. E. Major legitima est, si accedat ipsum τὸ πράγ-
μα. Minor radiat. Quid enim est λατρεύειν εἰδώλοις, quàm re-
ligioso cultu prosequi imagines? Excipit Bellarminus, non
esse unum & idem imaginem & idolum: Illanc enim esse veram
rei similitudinem: hoc verò falsam, b. e. representare id, quod re-
vera non est. Quamvis autem non inficiemur in signifi-
catione Biblica differre imaginem & idolum: Omne enim
idolum est imago, sed non omnis imago est idolum, nisi
accedat opinio cultus: tamen propriè non differunt, siqui-
dē εἶδωλον dicitur ab εἶδος forma, species, imago, &c. & di-
citur quasi parva, non autem semper falsa imago, ut falsò
sibi imaginatur Jesuita. In sacra item scriptura omne id
idolum dicitur, quod religiose extra Deum colitur, sive re-
præsenter rem veram, sive falsam & reverà non existentem. Id
quod probamus i. dictis Exod. 20. v. 4. prohibet Deus fa-
cere sculptile & similitudinem rerum caelestium, terrestrium, & a-
quatilium, ubi LXX. habent vocem εἶδωλα. Sic imago à Ra-
chele Labano surrepta εἶδωλον appellatur à LXX. & vul-
gata versione Gen. 31. v. 19. cum in Hebræo sit, vox Terā-
pbim, quæ hominis imaginem notat suffragāte ipso Bellar-
mino l. i. de verb. Dei. c. 13. G. Sic sapient. c. 14. εἶδωλα
orta dicuntur à statuis demortuo filio vel Regi absenti positis.
Huc refer, quod A. Paulus εἰδωλολάτραις vocat omnes gen-
tiles, qui mutant gloriam Dei incorruptibilis in similitudi-
nem, &c. 2. exemplis. Vitulus in deserto erectus appellatur
εἶδωλον Act. 7. v. 41. & tamen verum repræsentebat Deum.
Exod. 32. v. 8. Neh. 9. v. 18. Ita simulacrum Michæ dicitur
in vulgata versione idolum Jud. 17. v. 5. 3. autoritate pa-
trum. Epiph. l. 3. tom. 2. in Comp. ver. doct. de persis

ait: *Perfici Magusci idola quidem abominantur: idola tamen adorant, ignem, Lunam, & Solem.* Euf. l. 5. præp. Evang. nulla habita ratione similitudinum, universos Ethnicorum Deos ad septem genera revocat, quorum primo *sydera*, secundo & tertio *homines mortui*, quarto *affectus & facultates hominum*, quinto *res*, quarum usus in vita est, sexto & septimo *Damones boni & mali* comprehenduntur. Falsum est igitur illud Bellarmini, quod dicit, *nomen idoli nusquam & nullibi in sacra scriptura tribui vere imagini.* 4. Calculo Bellarmini. L. 2. de Eccl. triumph. c. 2. scribit, *Idolum esse imaginem, qua habetur pro Deo:* cap. 11. ait: *Alexandrum Severum coluisse imagines Christi & Abrahæ, cum ceteris suis idolis.* c. 6. ait: *Carpocratem coluisse Christi imaginem eo nomine, quod gentes colunt idola: & Damascenū citans, cap. 11. & 16. testantem, fuisse aliquos Christianos, qui Christi & sanctorum imagines, quasi Deos colerent, dicit, tales accedere ad idololatriam; quibus in locis contra se ipsum testimonium fert, imagines scilicet quibus cultus divinus exhibetur, idola esse.* Verum quia sui oblitus contrarium hoc in loco sibi probandum sumpsit, ideo conclusum suum probare allaborat. 1. quia scriptura vocet idola *Elilim*, Deos *stercorarios* Lev. 19. v. 4. *Vanos, falsos Num.* 23. *Os. 6. imagines falsas Hab.* 2. v. 18. & talia dicuntur idola, non quasi omnia (nam de quibusdam concedimus) sint rerum *fictarum* imagines, cum contrarium superius demonstratum sit, sed quia *nihil profunt, virtute & efficacia sua perficere nihil possunt, futura prospicere nequeunt, & quamvis interdum per ea respondeat Diabolus, ut plurimum tamen vana effutiunt mendacia.* 2. Producit locum 1. Cor. 8. v. 4. *Scimus, quia nihil est idolum in mundo, ubi licet respectu materia aliquid sit, nihil tamen esse dicitur ratione forma, cum representet id, quod nihil est.* & Apostolum ibi loqui de illis idolis, quæ proponuntur ad *representandum alium Deum, quam unicum illum in cælis*, ut hic sensus sit Pauli: liberè & bonâ conscientia posse Christianos *vesci* ἔσθαι

ἀδούτοις, quæ à gentilibus falsis suis proponuntur Dijs, quorum plurimi ab ipsis finguntur, & 5. cum tamen reverà tales non sint. Non entis ergò nulla esse realia accidentia, modò absit *πρόσκομμα*, seu scandalum infirmorum. Id quod colligitur ex verbis immediatè subsequētibz, quæ quasi ἐξηγητικά sunt priorum, quibus dicit: *Es non est Deus alius nisi vnus*. Eundem planè sensum extruit Gabriel Vazquez tom. 1. Comm. in 3. part. d. Thom. disput. 107. c. 1. pag. 784. ubi ita: *illud 1. Cor. 8. frustra meo iudicio ab Origine & Oecumenio in eum sensum (eo quod scilicet imago sit alicujus rei subsistentis seu possibilis similitudo: idolum vero simulachrum rei minimè subsistentis nec possibilis) adducitur. Nam si contextum Apostoli spectemus, sensus illius est, quem Chrysost. hom. 20. Theophyl. & Theodoret. assecuti sunt: verba Pauli hæc sunt: de escis, quæ idolis immolantur, scimus, quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est DEUS, nisi vnus; ac si dicat, idolum nullius virtutis aut potentie, nulliusque deitatis, imò nullius sensus esse, ut ei immolari possit: atque hoc est, idolum nihil esse in mundo, sed vnum tantum esse Deum, cui soli sacrificium debetur. Ex quo ostendit Paulus, si recta adsit fides, & scientia, licitum esse Christianis vesci escis, idolis immolatis: inde namq. pollui aut maculari nequeunt, cui ei offerantur, in quo nihil omninò est potentia etiam aut sensus & cognitionis. Vel hoc vult, idolū seu simulachrum externum, quo numen repræsentatur, esse, i. e. posse, valere (sicut hæc vox sumitur 1. Cor. 7. 19.) nihil, quod intelligitur comparativè i. e. nullius estimari precij: Gal. 6. v. 3. sicut id exponit D. D. Meisn. par. 2. Phil. Sob. Sect. 1. q. 13. p. 355.*

A DEFINITIONE ἰσιώδει. Secundus Episylogismus est hic: *Cui competit definitio ἰδωλαλατρίας, illud est ἰδωλαλατρία. Cultui imaginum cōpetit definitio ἰδωλαλατρίας; &c. E. Minor est τὸ κρινόμενον, & probatur hac ratione: Idololatria est omnis cultus, quo honor solī Deo debitus transfertur ad aliud extra Dei vel essentiam, vel ὑπόστασιν. Talis est cultus i-*
ma-

maginum. E. Majorem sic limitat Gregorius de Valentia, dicens: *genuinam idololatriæ rationem esse tribuere creaturæ divinum honorem sicut Deo.* Et ad hanc restrictionem 1. eam ignorari à spiritu sancto in sua Nomenclatura, id eoq; eam nos optimè quoq; carere posse. Nam Rom. i. v. 25. idololatriæ accusatur omnes illi, qui *παράδωκεν εἰς εἰκόνα καὶ ὅμοιωσιν ἀνθρώπου, καὶ εἰς εἰκόνα καὶ ὅμοιωσιν ζώου, καὶ εἰς εἰκόνα καὶ ὅμοιωσιν ἑρπετοῦ, ἢ εἰς εἰκόνα καὶ ὅμοιωσιν οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρος, καὶ ὁμοιωσιν ἀστέρων.* & qui v. 23. *gloriam immortalis Dei mutarunt per imaginem non solum ad hominis mortalis similitudinem effigiam, verum etiam volatilium, & quadrupedum, & reptilium, sive illud sit factum sicut Deo, sive minore aliqua latetia.* Ita Gēriles omnium maximum cultum obtulerunt Jovi suo, minorem verò Deunculis & Deastris cæteris, & ita non equali honore utrosq; persecuti sunt, nihilominus tamen ob cultum utrumq; idololatriæ rectè dicuntur. Ita Athenienses omnium maximè venerati sunt *Pallada: Delphici, Apollinem: Tyrij, Herculem: Ephesini, Dianam: Ægyptij, Jovem Hammonium: Lemnij, Vulcanum, & aliæ gentes alios, licet interim cæteros quoq; adoraverint, ex æquo tamen idololatriæ insimulantur.* 2. committere *περισσολογίαν.* Nam detractis illis vocibus nihilominus tamen intègra adhuc & essentialis manet definitio. Clarius fit res exemplo. *Adultera* dicitur, *quæ affectum & amorem conjugalem soli marito debitum alieno defert viro.* Hic si addas *sicut marito,* verbis quidem, non autem *re* augebis definitionem. Idem namq; sensus in priore & posteriore est definitione, *adulteram sc. esse illam, quæ alterum tanquam maritum prosequatur amore:* imò sic levissima erit & facilima adulteræ defensio; semper enim prætendet, se non *sicut marito* alieno cohabitasse viro. Ita *avarus* est *idolorum servus* Eph. 5. v. 5. quia obryzo dicit: *Fiducia mea, Job. 31. v. 24. h. e. amorem & honorem soli Deo debitum opibus terrenis defert.* Hic si addas *sicut Deo,* *περισσολογίης, & γράμματα* auges, non *πράγμα.* 3. laborare *ταυτολογίᾳ.* Quid enim aliud est, *deferre creaturæ divinū honorem, & deferre honorem sicut*

CUT

cū Deo? filiāli amore prosequi parentē, & sicut filiū? Deū paterno
in nos esse affectu, & affectū erga nos sicut patrem? 4. includere
ἰστολογίαν. Definitio enim hac dotata appendice angustio-
re est suo definito. Multi namq; idololatrarum nomine
veniunt, qui creaturæ divinæ attribuerunt honorem,
non ita, ut eam pro Deo haberent, sed illā ipsā verū Deum
colerent. Id quod patet exemplis Μοχολάστρων priorum &
posteriorum, Arianorum, qui Christo veram divinitatem
denegantes, divinos tamen ipsi detulerunt honores: item
Nestorianorum, qui Christum purum hominem adorabāt,
& ob id ἀθεωπολάστρου dicuntur à Syn. Eph. in Ep. ad Theod.
& Valen. Impp.

Assumptionem confirmamus ex propria adversa-
riorum concessione: Dicunt enim, eundem esse cultum in ty-
po & prototyπο, & proinde imaginem Dei & Christi reverendas
esse cultu ἀδελείας; imagines virginis θεολόγου cultu ὑπὲρ ἀδελείας; san-
ctorum verò cultu δουλείας. Hujus sententiæ strenuus asser-
tor est Thomas Aquinas p. 3. q. 25. art. 3. de cujus tamen
doctrina Pontifex Pius V. Princeps Breviarij reformati
ait, illam ore crucifixi miraculo divino comprobatam esse. Cū
enim Neapoli ad imaginem crucifixi devotè oraret, di-
cunt, Thomam hanc vocem accepisse: *BE N E scripsisti de
me, Thoma.* Et hinc in sanctorum Canonem relatus est. Audi
verò ipsius verba: *Omnis imago est veneranda, sicut illud, cu-
jus est imago.* Cū ergò Christus adoretur adoratione Latria,
consequens est, quòd ejus imago sit adoranda adoratione
latria. Et hoc probat 1. quia in cruce ponatur spes salutis, ex
canto: *O crux, ave, spes unica,* &c. 2. quia philosophus dicat,
eundem esse motum in imaginem, & rem illam, cujus est imago. 3.
mensura adorationis cujusq; rei est ratio seu excellentia, propter
quam adoratur; sed ratio, cur adoretur imago, non est alia, quàm
excellentia exemplaris. Aquinati ad stipulatur Bonaventū-
ra 3. sent. dist. 9. art. 1. q. 2. *quia imago Christi introducta est
ad representandum eum, qui pro nobis crucifixus est, nec offert se no-*

D

bis

bis pro se, sed pro illo, idè omnis reverentia, qua ei offertur, Christo offertur, & propterea imagini Christi debet cultus L A T R I Æ exhiberi. Idem asserunt Alexander Alensis p. 3. q. 3. mem. 3. art. 3. Albertus, Capreolus, Marsilius, Almainus, Carchusianus, Henricus quodlibet. Caietanus, Gregorius de Valentia tom. 3. disp. 6. q. 11. punct. 6. ubi erroris insinuat contrarium sentientes. Sic etiam Coster. in Enchir. p. 438. 439. qui ita: *Non alius in imagine honoratur, quàm ipsum prototypum*: Ex quo non obscure consequitur, omnem honorem, qui prototipo debetur, etiam exhiberi posse: *imagini, 2. demonstravimus in disp. de sanctis non invocandis, ipsos sanctos adorari, invocari, aut religiosè coli non debere*: unde colligitur *περίσμα* istud, *coram eorum imaginibus qui profesternuntur, crassissimos esse idololatrias*. Corruente enim fundamento, etiam illud corruat necesse est, quod superstruitur.

Scholasticorum sententiam *επιτάως* acceptam, ab idololatria & *bareseos* crimine commodè vendicari non posse, ipse agnoscit Bellarminus, idèoq; palliare conatur, sed frustrà, cum verba nimis sint dilucida & expressa. Seipsum etiam, quoquo se vertat, ex hoc *superstitioso cultu* extricare nullo modo potest, nec anguillarum instar è manibus elabi. Videbimus, quàm frustrà se terat. Format autem quasdam propositiones, quas ordine excutiemus. 1. *Imagines Christi & sanctorum venerandas esse non solum per accidens, vel impropiè, sed etiam per se, & propriè, ita ut ipsæ terminent venerationem, ut in se considerantur, & non solum ut vicem gerunt exemplaris*. Idè, probat 1. ex Concilio VII. action. 7. que statuit, *imagines adorandas, sed non latría*. E. proprio cultu, quia si per accidens, ut terminus esset Christus, sequeretur, *Christum latría cultu non excipiendum*. & Putabamus, Jesuitam, quia à commilitonibus discedit, sententiam suam *scripturae vel dicto, vel promisso, vel exemplo corroboraturum*: Verùm parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. En fundamen-

damenti loco producit *Pseudo-Synodum illam Nicenam*, jamdudum in Concilio Francofordiensi refutatam & reprobata, quæ quàm vanas, quàm ridiculas, quàm absurdas proponat confirmandæ adorationis suæ ratiunculas, omnes actiones ad nauseam usq; demonstrant. 2. Adde, quòd illa ipsa sessione agit tantum de *externa honorificentia*, quali Abraham *adoravit filios Cbet* Gen. 23. & *Jacobus Pbaraonem* Gen. 47. De hac autem non est quæstio, & proin extra oleas vagatur Bellarminus. 2. Dicit *simpliciter non adorantur, quia ἱεροδωκῶσι*. R. Si de civili reverentia intelligat, neg. Conseq. Si de religiosa, concedimus ultrò, & gratias agimus antagonistæ pro concessio telo, quo ipsius jugulum petamus. 3. *Concilium dicit, venerandas esse eodem modo, quo Evangelium*. R. Quid ad nos brutum & stramineum Conciliabuli fulmen? 2. illud non per se honoratur, sed ob *χρῆσιν* ad rem sacram, uti supra asseruit Jesu vita. 3. veneramur externè & civiliter, non latria. 4. *in ipsa imagine esse aliquid sacram, nim. similitudinem ad rem sacram, & dedicationem*. R. Non propterea per se adorandæ, 2. illud ipsum *χρῆσιν* infert. 3. dedicatio seu consecratio illa ad sacrum cultum caret testimonio biblico.

II. Propositio est: *Quantum ad modum loquendi, præsertim in Concione ad populum, non est dicendum, imagines vlla adorari debere latria, sed è contrario non debere sic adorari*. R. erubuit, salva res est. Quid ita lumen veretur Nycticorax noster, si verum tuetur? si Christus præcepit, *ut ea, quæ in aurem ex se audivissent Apostoli, publicè predicarēt in tectis* Mat. 10. v. 27. & *annunciarent omni creature* Matth. 28. v. 20. Mar. 16. v. 15. cur non & ipsi publicè de suggesto id explicare & proponere plebi audent? Annon vident illud Christi Joh. 3. v. 20. in se torqueri: *Omnis, qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. v. 21. qui autem operatur veritatē, venit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius,*

quod per Deum sunt facta? Nonne Christus coram Pontifice & toto Synedrio Hiero solymitano dicit Joh. 19. v. 20. de sua doctrina: ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto loquutus sum nihil? Quid ita lucifugæ isti non imitantur eum, cujus se socios & fratres nimis turgidè appelliant? quæ nova timidum nostrum Cardinalem incessit religio? Si veretur, ne populus ad idololatriam irriteretur, aut id fit per se, aut per accidens. Si per se, per se quoq; falsus erit imaginum cultus, quia causæ per se bonæ non potest esse effectus per se malus, & ignobilitas effectus arguit vililitatem causæ. Si per accidens, cur propter abusum ipsum tollit usum? Num & doctrina crucis, & ministerij reticenda, quia Judæis scandalum est; Græcis autem stulticia. 1. Cor. 1. At verentur, ne populus vel religiosiores principes crassissimam idolomoniã animadvertant, & ad veritatem revertantur, ideoq; hac obducunt cerusã.

III. Propositio est: Si de re ipsa agatur, admitti potest imago posse coli improprie, vel per accidens eodem genere cultus, quo exemplar ipsum colitur. 1. Suo se jugulat gladio Bellarminus. Sic enim ait l. 2. de im. sanct. c. 21. Quod non dicitur, nisi improprie, simpliciter negari potest, ut patet. Dico ergo: Imagines improprie ad se ipsas cultum admittunt. E. simpliciter & omnino non admittunt. 2. Si veram (sive proprie, sive improprie, sive per se, sive per accidens) latrariam recipiunt, jam in eisdem abeunt, quia suscipiunt honorem soli Deo debitum. 3. probent mandato, probent promissione, probent exemplis Pontificij, debere imagines Christi & sanctorum improprie ad se ipsas coli. Nos opponimus illud: τὸ θεῶν μόνον λατρεύειν Matth. 4. v. 10. Excipit Bell. 1. Imaginem aliquando accipi pro ipso exemplari, & ea, qua fierent circa ipsum exemplar, si adesset presens, fieri circa imaginem, mente tamen defixa in exemplari. Sic concionatores alloqui imaginem crucifixi, dicentes: Tu nos redemisti; tu nos patri reconciliasti. 2. Si id imagi

gini

gini tribuitur, nec ut lignum est, nec ut imago est, omnino non tribuitur, quippe nec materia, nec forma, nec finis ratione. 2. imago aut verè est ipsum exemplar, quod *εικον*, aut non verè & sic non verè religiosum cultum recipit, & per consequens, nec improprie, sive per accidens. 3. idololatrium est concionatorum papisticorum exemplum, nec prævio spiritu sancto aut prælucè sacrâ scripturâ utuntur. 4. Sic eadem ratione potuissent se excusare *μοχολαίται*, quando de vitulo dicunt: *Hi sunt Dytui, qui te eduxerunt ex Aegypto* sc. intelligere se vitulum, non ut est aurum, nec ut imaginem, sed loco exemplaris. Excipit 2. nos non considerare solum imaginem, nec solum exemplar, sed illud, ut objectivè relucet in imagine, & ipsum sic representatum & quasi vestitum imagine nos venerari: sicut qui adorat regem vestitum, adorat simul regem & vestes. 2. Probandum prius erit Bellarmino, Deum specialiter imaginibus & simulacbris adesse, quod cum nondum factum sit, nihil probat. Aut si ex præsèntia generali argumentatur, sequitur omnes omnino creaturas cultu religioso prosequendas esse, quod nec ipse Bellarminus admittit. 2. probandum est adhuc, sanctos statuis suis binc inde in terrarum orbe sibi positos adesse & cum ipsis quasi vestiri, quod est *μέγα λίαν ατιμία*, nec vnquam ab antagonista probari poterit: & mirandum sanè, Jesuitas omnipræsèntiam Christi hominis apud omnes creaturas, aut ubique apud omnes credentes realem, unà cum Calvinianis hostilissimè impugnare; eandem verò (ad tegendam aliquo colore suam crassam Idolomaniam) ad omnes sibi positas statuas sanctis defunctis, concedere, asserere & propugnare, sed in re perdita & desperata, quod visetulum, licet civile, Adversarijs gratum est. 3. invertimus argumentum: *Sicut vestimentum seu diadema Regis non adoratur, licet Regem, coram ipso prostrati, veneremur: ita qui Deum adorat, non ipsas quoq; statim imagines colit.* Patet illud ex consequentibus absurditatibus: sic enim qui Christum

*in carne adoravit, aërem quoq; ipsius corpus circum am-
 bientem & lambentem adorasse verè dicitur: sic & cal-
 ceos, imò asinum, quo urbem Hierosolymam in vectus est.
 E. & equus, cui inequitat Rex, adoratur. E. mus statuæ in-
 clusus & pulvis canumq; adhaerens coadoratur. E. ad omnes
 omninò creaturas religiosus cultus extendi potest. E. nulla
 committitur idololatria, modò dicat aliquis, se complexi-
 vè intelligere Deum creatura presentem. Excipit 3. legatus
 Regis aliquando honoratur ut legatus, & tunc ipse propriè hono-
 ratur, licet propter alium honoretur, aliquando honoratur loco
 Regis honore proprio Regibus, & tunc ipse impropiè honoratur:
 propriè autem Rex in ipso tunc honoratur. Nà re terrestri ad
 spirituales & cœlestes quæ sequela? simile est dissimi-
 le. Nam Rex ablegat legatum: probet Bellarminus I-
 mages à Deo præceptas, ut ceu legati, sui & sanctorum
 loco adorentur. 3. ab animato ad inanimatum argumen-
 tum lubricum est & elumbe. 4. non planè eodem honore ho-
 noratur legatus, quo Rex, id quod ipse Jesu vita facetur l. 2.
 de im. sanct. c. 24. Qui honorat famulum regis, certè honorat
 ipsum Regem, & tamen longè aliter honorat Regem ipsum in pro-
 pria persona, quam in famulo suo, uti notum est. Hinc sponsa
 non eodem reverentiæ genere prosequitur legatum Regis,
 quam si Rex ipse sponsus ad esset. 5. Apostoli legatione fun-
 guntur nomine Christi 2. Cor. 5. v. 20. quos qui recipit, Christum
 recipit Luc. 10. v. 16. nec tamen adorari se passi sunt, sed ad
 Deum remiserunt homines Act. 10. v. 26. Excipit 4. Ro-
 ma triumphavit Trajanus mortuus, & statua ejus pro eo sedit in
 curru triumphali. Nec enim potest dici propriè, statuam trium-
 phasse, sed Trajanum à statua representatum. Nà rursus argu-
 mentum ducitur à simili, quo firmiter nihil cōcludimus.
 2. à decreto humano & quidem à cæcis gentilibus facto, ad
 cultum divinum nulla consequentia. 3. Si ita licet argu-
 mentari, sequetur: Sicut ille honor ne tantillum quidem pro-
 fuit Trajano: ita venerationem status sanctorum factam nullo
 modo*

modo transire ad prototypum, nec inde quid honoris recipere sanctos, & ob id quoq; non exaudire.

IV. Propositio Bellarminiana est hæc: *Imago per se & propriè non est adoranda eodem cultu, quo ipsum exemplar, & proinde nulla imago est adoranda cultu latriæ per se & propriè.* & rursus contradictioni se involuit Cardinalis. Dixerat enim suprâ: quod si non nisi impropriè cultu latriæ adorantur imagines, certè simpliciter de ipsis negari poterit latria, quam tamen aliquammodo, vid. per accidens ipsis attribuit. 2. latria est summus cultus soli vero Deo, ut primo principio omnium rerum debitus, sicut ipse adversarius hoc l. profitetur. $\Sigma\iota\delta\eta\gamma\epsilon\delta\epsilon\upsilon\lambda\omicron\nu$ ergò est latriam assignare creaturis, & non per se: quicquid enim non tribuitur per se, illud jam non est amplius summum, quia non primo principio, & propter aliud attribuitur. 3. Impropriè dicta latria nihilominus latria est, & proinde debitus Deo cultus ad creaturas defertur, sicque idololatria cõmittitur. 4. Scriptura illam distinctionem inter latriam propriè sic dictam atq; imaginum respectu illicitam, & inter latriam impropriè sive per accidens sic dictam, imaginumque ratione concessam prorsus ignorat, & ne unico quidem punctulo seu apice vel levissimè tangit. 5. Bellarminus hoc ipso Cap. Carpocratianos hæreseos accusat, quòd Christi imaginem divinis colebant honoribus. Atq; isti (inquit Cardinalis) cum Christum colerent, sine dubio imaginem ejus propter ipsum colebant. Non igitur licet imagines colere divinis honoribus, i. e. cultu latriæ, etiam si quis dicat, se id facere propter Deum vel Christum, non propter imagines. Nam hoc ipso, quòd eas colit divinis honoribus, convincitur eas colere propter ipsas, non propter Deum, quicquid ipse verbis dicat. Eodem hoc gladio, quo Bellarminus Carpocratias, ego ipsius jugulum peto, & dico, ipsum $\epsilon\iota\delta\omega\lambda\omicron\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$ crimen devitare non posse, si dicat, se imagines sanctorum, Christi & Dei colere cultu latriæ nõ propriè, sed per accidens, propter aliud $\chi\epsilon\iota\omicron\nu$ vid. & relationem ad prototypum. Nam eo ipso, quo dicit se $\lambda\alpha\tau\epsilon\iota\alpha\varsigma$ cultum ipsis deferre, fa-

retur

38
 detur se propter ipsas & non propter Deum istas venerari
 & adorare. Nā ipse Bell. sufficienter probat esse de *essentia*
latria vera, ut exhibeatur propriè & per se. 6. Si rogatu mariti
 mulier cohabitaret alteri viro, utiq; ab adulterij reatu non
 liberatur, licet prætendat, non *propter se*, sed *propter mariti*
jussum, ad alterum se transiisse virum. Avarus nulli cor-
 dato se excusatum reddet, si dixerit, non *propter se*, sed *pro-*
pter salutarem fructum colere se aurum obryzum, i. e. desidera-
 re salvari per gratiam Dei, qui creavit aurum. Quid ab-
 surdus? quid ridiculum magis?

Quæris ergò, quid tandem sit ille cultus, respondet
 Bell. conclusione. V. *Cultus qui per se & propriè debetur ima-*
ginibus, est cultus quidam imperfectus, qui analogicè & reducti-
vè pertinet ad speciem ejus cultus, qui debetur exemplari. Verum
 ita respondet, ut Oedipo coniectore opus sit, eoq; vel
 ipso Delphico oraculo subtiliore, si dicere queat, quid
 sibi hac responsione Jesuvitta velit. Quis n. Corydoni
 alicui vel Tityro ante idola prostrato dicat, *quis sit ille in-*
ter medius cultus, qui neg. λατρεία, sit, neg. δουλεία, neg. υπεδουλεία, qui
analogicè saltem & reductivè ad illas cultuum species perimeat?
 quàm facilè hîc aberrare quis potest, & idololatriæ crimen
 vel inscius & invitus subire. 2. non ex *ὁμοιοῦσι* sacra Scriptu-
 ra *ἀβύσσι* prompta est hæc nimis subtilis distinctio, sed ex
vanæ rationis figmentis vanis. Spiritus namq; sanctus omnes
 illos pro idololatriis habet, qui quocunq; prætextu ante statuas
 procumbentes easdem adorant. 3. iterum contradictionem
 involvit Bellarminus, quando dicit: *imaginibus Christi non*
deberi veram latriam, & simpliciter, sed cultum sine comparatio-
ne inferiorem, qui tamen reducatur ad latriam ut imperfectum
ad perfectum, cum superius propof. 3. dixerit, si de ipsa a-
gatur, imagines eodem cultus genere (quamvis per Accidens)
 quo ipsum prototypum & exemplar prosequendas esse. 4. cultus
 imperfectus seu latria analogica & reductiva est latria
 seu cultus, & propterea nihil promovet Bellarminus, sed

tan-

tantum vocabulis ludit. Aut enim nullo modo divinus est cultus ille, aut aliquo: si nullo, nec Deus per illum coletur ullo modo: Sin aliquo, quisnam? analogicus. Ille verò consistit in quadam participatione, quæ inter id, quod analogicè reducitur, & inter id, ad quod reducitur, intercedit, & sic non omnis honor soli Deo debitus ipsi tribuitur, sed pars eius communicatur cum imagine, & ita transfertur ad id, quod est extra Deum. 5. Si bonos (ut Conciliabulum Tridentinum sub anathematis interminatione statuit) qui imaginibus offertur, ad prototypa refertur, quæ ille representant, ita ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, Christum adoremus, & sanctos, quorum ille similitudinem gerunt, veneremur, sequitur Christum non adorari latrâ verâ: sed tantum analogicâ, impropria, accidentali, reductivâ: idem de Maria & cæteris sanctis subintellige. & sic imperfectio ad ipsa redundat prototypa, quod respectu Christi blasphemum; respectu sanctorum verò (ex hypothese Pontificiorum) inconveniens est & incongruum. Quare quoquo veratur Jesus vita, quascunq; capret imas, non tamen elabatur, quò minus Idololatra & quidem justè prævijs sacris pagellis clueat.

III. Ab EXEMPLIS vel prophanis vel sacris, ijsq; vel Bibliicis vel Ecclesiasticis. Argumentum sic hoc: Qua de causa Judæi & Gentiles *ειδωλαλαγείας* accusantur, eandem ob rationem etiam hodie ipsorum æmuli & imitatores hoc nomine veniunt. At Judæi & Gentiles tales indigitantur, quia Deum per imagines præter ipsius voluntatem & interdictum coluerunt. E. qui adhuc dum hodie illud faciunt, idololatra non injuriâ dicuntur. Tales autem sunt pontificij. E. Minoris confirmandæ loco exempla Biblica suppedient. 1. *Μοϋσαῖος* in deserto Exod. 23. v. 1. Cum viderent, quòd Moses (jam per 40. dies & 40. noctes in monte Sinai coram facie Jehovah versatus) tardaretur descendere de monte, congregati ad versus Aaron dixerunt: surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant: Mose enim,

E
huic

huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus, quid acciderit. *¶ 2.* dixitq; ad illos Aaron; Tollite in aures aureas de uxorum, filiorum, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. *¶ 3.* Fecitq; populus, quæ iusserat, deferens in aures ad Aaron. *¶ 4.* quas cum ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, dixeruntq;: Hi sunt Dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. *¶ 5.* Quod cum vidisset Aaron, edificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras solennitas J E H O V Æ est, ex quorum versuum cohæsiōne constat, ipsos nequaquam tantâ vesaniâ ductos in clarissima luce, ut putarint, vitulum illum aureum conflatilem modò opera fusoris fabrefactum esse ipsissimum illum Deum, qui ante mensẽ è servitute Ægyptiaca potenti dexterâ eos eduxerit, (cũ tamen illi potius materiam vituli ex Ægypto, formam verò artifex aliquis demum, arte fusoria ex igne eduxerit) nisi ita ipsos delirasse dicas, ut arbitrari fuerint, nondum natâ capellâ hœdum in domo ludere, & domum præexistere architecto. Verùm tam absurda, tam ridicula tantis tribuere viris ratio sana non finit: sed quoniam viderunt Ægyptios Deum suum, formâ Bovis colere, omniumque rerum copiâ affluere, à religione absõnum non fore existimarunt, si & ipsi duce itineris fidelissimo destituti, & quid agendum sit, nescientes D E U M suum terrenâ aliquâ, & quidem illâ ipsâ præfigurarent imagine, ne populus in timore attentus, lassus, curaq; confectus animo prorsus desponderet, sed non nihil resciceretur, hac in oculos in currente imagine de Dei præsentia perpetua admonitus. Hinc non solennitatem vitulo quin & nec Ægyptio Api sive Deo indicunt, sed Domino J E H O V Æ, quod essentiã Dei nomen nulli unquam creature à spiritu sancto concessum est: & quod Nomen à Mose prædicari antea audiverant. Hinc intelligimus illud *πρόσωπα*: Deum pro idololatria quoq; ducere, si quis ipsum, non tamen legitimo modo, per idola vid. colat.

Excipit Bellarminus, i. Judæos non adorasse Jehovam hoc idolo,

idolo, idq; probat 1. quia vocent Deum: *Hi sunt Dii tui.* & dici id familiari sacrae scripturae tropo per metonymiam signi, cum hoc signati loco ponitur, ita ut sensus sit: *Fac nobis Deos, i. e. adumbrata nobis Deum nostrum, qui nos eduxit ex Aegypto, figurâ aliquâ sensibus obviâ, quâ fluctuabundus populi animus erigatur, & de presentia Dei certior redditus ipso prævio in Aegyptum redeat.* 11. quia dicuntur obliiti Dei veri Deut. 32. v. 18. Psal. 106. v. 21. Jer. 2. v. 6. & non ita obliiviosi fuerunt, ut non quotidie recordarentur mirabilissimæ educationis ex Aegypto, ad quam iterum adspirabant, concessarum plurima miraculosissimâ coturnicum, aquæ à petra fluentis, imò manne seu panis cælestis, quem singulo mane è manu Dei acceptabant, & reliquorum miraculorum à Jehova in deserto editorum, quæ recentia admodum in auribus omnium callebant, oculis cunctorum obversabantur. Sed obliiti dicuntur Dei, quia non servarunt ipsius præceptum Deut. 8. v. 11. & 32. v. 15. Psal. 78. v. 10. quo ipsis interdixerat, ne ullâ similitudine ipsum colerent rerum sive ἐπιφανίων sive ἐπιφανίων sive ἐπιφανίων Deut. 4. v. 16. 17. 18. 19. 23. Sic avarus potest dici oblitus esse Dei veri, si dicat obryzo: *fiducia mea est tu, & tamen recordari, divitas effluere ab authore luminum.* Similiter mulier obliviscitur cõjugalis fidei, si dicat Prov. 7. v. 19. *Non est vir domi suæ, sed abiit viâ longinquâ, loculum pecuniæ accepit in manum suam, die statore dabit domum.* Ita servus seu dominus obliviscitur Domini sui, si dicat in corde suo: *Differt Dominus meus reditum.* Luc. 12. v. 45. 3. Si vellent signum corporeum, non opus erat, ut facerent vitulum. Habebant enim nubem & columnam ignis, quæ melius ducébant quàm vitulus, qui portari necesse habebat. & nulla est ratio connexi: *Judæi colere volunt Deum in signo & imagine. E. in nube & columna, quæ suam ipsis demonstrabat presentiam.* Si quidem ex liberrima voluntate Aaron fingi & formari curabat, quæcumq; volebat similitudinem. Elegit autem potius hanc quàm illam, quia videbat Aegyptios Serapidem suum

colere in figura vitulina seu bovilla, longiq; temporis intervallo floruisse & viguisse. IV. Nullam posse dari rationem cur vitulum potius, quam ovem aut aliquid aliud formarint, nisi quia assueti fuerint videre maximum Ægyptiorum Deum, qui sit vitulus niger albis maculis insignis. Putasse ergo Judæos, ipsum Deum caluisse vitulum illum. R. 1. licet nulla dari posset instituci Israëlitici ratio, num propterea statuendū, ipsos Deum vitulinâ forma præditū duxisse. 2. sicut Ægyptij Serapidem: ita ipsi supremum Jehovah Bovis formâ revereri & venerari voluerunt. 3. quis nisi cerebrum in calcaneo gestans dicat, Aaronē & ceteros plebis Israëliticæ primores arbitratos fuisse, Deum cali & terræ creatorem vitulo similem esse? V. Jos. c. 24. optionem dari Hebræis, an velint servire Dijs alienis, quibus servierunt Thare & Nachor idololatræ, an idolis Amorrhæorum, an Deo Israël. Non ergò in idolis adorasse, vel putavisse se adorare Deum Israël. Nam alioquin potuissent eos respondere, ineptam esse optionem illam, quandoquidem in ipsis idolis Amorrhæorum & Thare ac Nachor Deum verum coluerint. R. planè nihil inferre Jesuvvitam, quia eo ipso, quòd in idolis adorabant Dominum Jehovah, idolatræ dicuntur, siquidem illam per statuas venerationem Deus averfatur, & ita se coli non vult, hincq; speciali mandato detrectat, Deut. 4. v. 16. 17. 18. Hoc ergò sibi vult optio, ut aut Deum Israëlis rēvereantur & adorent ratione ea, quam revelavit in sacris literis: aut ad idololatricos πρὸς γένους cultus redeant, & per idola ipsum venerantes Deo utantur inclemente. VI. ad illa verba Exod. 32. Hi sunt Di j tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti, respondet: significari illis verbis, putasse Judæos beneficium liberationis de Ægypto se accepisse non à Deo Moysis, sed ab Api Deo Ægyptiorum. Verùm maximam & turpissimam petitionem principij prætorio more & modo cōmittit: Nobis enim rō Dicere Bellarmini, dogma enim confirmat, nec ejus curamus Dictaturam; quis non nisi insanus, crederet, Aaronem & seniores populi, in vero Dei cultu legitimè institutos,

tutos, putasse, Ægyptiorum idolum, populum Israeliticum è servitute eduxisse? VII. ad illa verba: *Cras solennitas erit Jehova, ut & Jud. 17. c. sanctificavi hoc argentum Domino, ut faciam idolum*, responder dupliciter 1. ex sententia Cajetani, *Jehova nomen à Judæis Idololatris verè tributum esse idolis idg, innui Sap. 14. v. 21. Incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt. Nullum n. Dei nomen incommunicabile esse præter Tò Jehova. Fortè autem illos Judæos non putasse, hoc esse nomen proprium, sed appellativum: Fortè etiam communicasse illud nomen per similitudinem. Quomodo n. Ægyptij vocare soleant Nilum suum Jovem, & nos de homine strenuo dicamus: Hic est noster Achilles, & de sapiente: hic est noster Cato: Ita Judæos de vitulo dixisse: Hic est noster Jehova, habeat sibi Moses suū. R. ipsum Cardinalem sensisse, hoc argumentum lubricum & infirmum nullis niti stabilimentis, ideoq; bis inter spersisse dubitatis formulam FORTE, quæ solvitur per TÒ FORTE NON. nondum sequitur: Gentiles incommunicabile Dei nomen imposuerunt lapidibus. E. est nomen Jehova, cum & Omnipotentis & Omnipresentis & infiniti nomen nulli comperat creaturæ. Locus autem sap. 14. hoc vult, *Ethnicos ea, quæ non sunt Deus, habuisse Dei loco, Deumq; appellasse, idemq; dicit, quod Paulus Rom. 1. v. 27. mutaverunt gloriam immortalis Dei per imaginem non solum ad mortalis hominis imaginem effictam, verum etiam volatiliam, & quadrupedum, & reptiliam.* 3. *Παθὼν* ipsa sit Robertus, necesse est, si persuadeat, tot præstantissimos Judæos naturam hujus vocabuli ignorasse, aut per similitudinem ad alium applicasse. 2. altera responsio est, duo esse idolorum genera apud Hebræos: *quædam habuisse nomina, ut Baal, Moloch, Astaroth, Chamos: & quædam fuisse ἀνόμια, ut idolum Micha, vitulum aureū in deserto, & Danzum cum Bethelæo, & de his non improbabiler dici, quòd Judæi in idolis putaverint se colere verum Deum.* Tandem ergò perspicuitate dictorum victus veritatis radios agnoscit, & herbam dat, quòd sinistra subtraxe-*

rat, dexteram restituens. Quod vero etiam per *Baalim*, vero *Iehovæ* in fervire voluerint Judæi, patet ex *Os. 2. v. 16. Non vocabit me ultra Baalim, v. 17. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum.* Cæterum illos gravissimè in hoc errasse exclamat, tum quia idolo sacrificarint, & in ipso idolo divinam virtutem inesse crediderint: tum etiam quia imaginati sibi fuerint Deum esse corporeum, & ipsi idolo similem. Et ad 1. idem fecerunt, quod hodiè papicolæ: per idola se Deo sacrificare, Deum honorare, Deum venerari arbitrabantur: ita pontificij thure, cereis, & luminibus coram sanctis accensis ipsa portotypa rectè se colere sibi imaginantur. 2. unde probat Bell. *Judæos divinam Magicam vim idolis seu vitulo adscriptisse aureo.* Ad 2. purum putum est mendacium respectu *Aaronis*, & *saniorum*, qui in corde peponem non habebant, Judæorum, quod Deum statuerint corporeum, nec demonstrari à Jesu vita potest.

II. *Michas & mater ejus.* *Jud. 17. v. 1. Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas, v. 2. qui dixit matri suæ: Mille & centum argenteos, quos separa veras tibi & super quibus me audiente jura veras, ecce ego habeo & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino. v. 3. Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei: Consecravi, & vorvi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atq; constatile. v. 5. qui ediculam quoq; in ea Deo separavit, & fecit Ephod & theraphim. i. e. vestem sacerdotalem & idola: implevit vnius filiorum suorum manus, & factus est ei sacerdos. v. 6. In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Et nactus sacerdotem Levitam exclamat v. 13. Nunc scio, quod bene faciet mihi Deus, habenti Levitici generis sacerdotem, qui c. 18. v. 5. rogatur à viris Danæis, ut consulat Iehovam, & scire possint, an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. v. 6. Et respondit eis: Ite cum pace, Iehova respicit viam vestram & iter quo pergetis. v. 31. Et mansit apud stirpem Dan idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo.*

Silo. In diebus illis non erat Rex in Israel. Ubi nota 1. matrem Michæ hoc cultu Deo inservire conari, & ob id Iehova hoc argentum (è quo simulacrum fabricandum erat) consecraſſe. 2. appellare filium benedictum Domino (Iehova) quo verus intelligitur Deus, qui jam exiſtebat, & cuius honorem & cultum Michas redditione argenteorum promovebat. Quod si ſtatuam futuram pro Deo haberet, nondum ante conſtationem benedicere Michæ potuiſſet. 3. mulierem pecuniam dediffe argentario, ut ipſi ſculperet idolum. Quis verò dicat, illam adeò fuiſſe vāſanam & mente captam, ut argentum pro aurifabri lubitu & voluntate fictum, pictum, ductum, ſculptum pro ipſiſſimo Iehova habuerit, præſertim cum 4. fecerit veſtem ſacerdotalem, & impleverit unius filiorum ſuorum manus, ſibiq; ſacerdotem fecerit juxta leges & ceremonias à Domino Iehova Exod. 29. deſcriptas. Faciens ergò Michas juxta ceremonias iſtas oſtendit illi ſe Deo inservire, qui harum author ſit & inventor. 5. notanter & quidem ter. c. 17. v. 6. c. 18. v. 1. & 31. illud dicit tunc factum, cum nullus Iſrælitis præſeſſet Rex, & quilibet, quod ſibi bonum & rectum videbatur, faceret, h. e. cum non haberent Magiſtratum religioſum, qui publicā auctoritate cultum Dei collapſum reſtitueret, religionem ad orthodoxiam revocaret, & juxta leges Leviticæ mediante Moſe populo à Deo traditas adminiſtrandam curaret: ſed magiſtratum de ea parum fuiſſe ſolicitum. Cunctos ergò eo cultu proſequutos fuiſſe Deum, quò ſibi libuerit, & quando quidem viderint vicinos & conterminos populos Dijs ſuis ſubimaginum forma inservire, & proſpera fortunæ aurâ adſpirari, ideò & ipſos Dei immortalis gloriam adumbraſſe ſpecie idolorum. Et hoc eſt tempus ignorantionis, quod Deus *νεπίδη*, diſſimulavit Act. 17. v. 30. 6. Micham maximè tunc ſibi gratulatum eſſe, cum ſacerdotem è tribu Levitica, ſpecialiter à Deo ſelecta, & ſacris uſibus deſtinata Num. 1. v. 49. 50. 51. nactus fuit, & ſic Dei præcepto plenariè ſatiſfactum eſſe putante

tasse, & ob id divinã sibi benedictionem à Domino Jehova promississe; quo facto manifestè declaravit, se hoc religioso cultu unicè eo collineare & collimare, *Jehova ut obsequatur qui Leges Leviticæ sancivit.* 7. petere Danitas à Sacerdote Levitico, ut consulat non idolum, non vix bidiorariam aut biduanam imaginem, sed *Dominum Jehovam*, & respondere Levitam: *Ita cum pace, Dominus Jehova respicit viam vestrã.* 8. fuisse hoc idolum servatum à Danitis, *quantis per erat domus Dei in Silo*, id est, cultũ Deus nondum certo & stabili alligaverat loco, qui ad orationis gratiã omnibus esset adeundus. Putarunt ergò, se interea temporis etiam alibi Deum colere, & longo itinere super sedere posse. Quæ omnia sane simul sumpta non leviter demonstrant, illos per hãc statuam seu imaginem verum venerari voluisse Jehovam de celo.

III. *Μοχαλάτρηι Danai & Bethelai* 1. Reg. 12. Cum enim decem tribus Israëliticæ defuncto Salomone obdurius à Roboamo filio ipsius acceptum responsum ab eo defecissent, caputque sibi præfecissent Jeroboamum filium Nabat, dixit ille in corde suo, v. 26. *Nunc revertetur regnum ad domum David*, v. 27. *Si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem, & convertetur cor populi huius ad Dominum suum Roboam regem Iuda, interficientq; me, & revertentur ad eum.* v. 28. Et excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: *Nolite ultra ascendere in Ierusalem: Ecce Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Ubi neminem fore autumo, qui arbitretur Jeroboamum decem tribubus Israëliticis persuasisse, quasi illi duo aurei vituli, nuper ab auri fabro hac forma donati, sint Deus, qui ante annos circiter quingentos (quo tempore nondum erant isti vituli) miraculosè potenti à ex Ægypto Israëlitæ eduxerit, sed hoc tantum illis inculcavit, perinde esse, siue Deum in templo Hierosolymitano coram sancto sanctorum, ubi erant Cherubim, & arca fœderis, adorarent, siue sicut in Bethel & Dan sub forma au-

reorum
to cam
sentiss
crocu
hac rati
ribus &
culum a
eius sent
num l-
oratalu
lege Dei
templum
religios
eo qu
vultus ad
sacerdot
nes vital
ipis oppi
facient
gora & m
vite Beth
Deum col
num nomi
sunt atova
aliquit
mensus est
re. re tu pa
dicos ve
illam re
ex prob
leade ipso
di lin, n
iti, nisi a
In E

rebrum vitulorum venerarentur. Ne igitur quotannis tanto cum rerum domesticarum dispendio & periculo presentissimo ad infestam sibi urbem esset abeundum sacrorum festorum celebrandorum gratia, optimè ipsis hac ratione consultum fore, si in *Betbel* & *Dan* locis vicinioribus & amicis, nec tot difficultatibus peregrinantes exponentibus cultum administrarent suum. Qua de causa etiam citius in ejus sententiam itum est. Huc pertinet Josephi testimonium l. 5. antiq. Judai. c. 3. ubi ita: *Jeroboamus, ut Deus in vitulis coleretur, instituit.* Sic Jehu, qui zelotem se vocat pro lege Dei (*Jehova*) 2. Reg. 10. 16. quamvis idolum *Baalis* & templum ejus destruxerit, confregeritq;, nihilominus non reliquit vitulos aureos in *Dan* & *Betbel* à *Jeroboamo* erectos, & 29. eò quòd arbitraretur sine idololatria crimine Deum in vitulis adorari & coli posse. Hinc v. 23. ferio cavet, ne sacerdotes Baalitico cultui destinati sibi adjungant cultores vitulorum, quos *Iehova* ministros appellat, & unà cum ipsis opprimantur. Hinc religiosi ores quoq; Reges excelsa tolerarunt, arbitrati & alibi quàm Hierosolymis sub figuris & imaginibus Deum coli posse, ut *Assa*, *Joas*, &c. Quin & ipse *Bellar.* concedit, non Improbabiliter dici, *Judeos in idolis Deum coluisse;* Unicum est, de quo litem movet, *idola certorum nominum, ut Baal, Astaroth, Moloch, &c. non fuisse representativa veri Iehovæ, idq; probat ex 1. Reg. 18. v. 21. ubi Elias ita alloquitur populum: usquequo claudicatis in duas partes. Si Dominus est Deus sequimini illum. Vbi clarè opponitur Baal Deo vero.* & supra probatum est ex *Os. 2. v. 16. 17. per Baalim Judæos veneratos fuisse Iehovam, verùm quia Deus cultum illum respuit, & idololatriæ loco habet, ideòq; Elias eam ipsis exprobrat, dicens, Deum irreligiosè præter ipsius mandatù colendo ipsos alios vero Iehovæ substituere Deos, & quia neq; frigidus sint, neq; fervidi, sed tepidi, ipsos ex ore Dei exputum iri, nisi ad pœnitentiam redeant.*

In Ecclesiasticis historijs obvios habemus i. *Carpo-*
 F. *cratia-*

cratianos, qui & Gnostici appellati sunt, quos inter hæreticos numerat veneranda antiquitas, eò quòd cultum & venerationem impenderint imaginibus Christi & Pauli Jren. l. 1. adv. hæ. c. 24. p. 92. Gnostici imagines quasdam quidem depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabrefactas habent dicentes formam Christi factam a Pilato illo tempore, quo fuit Iesus cum hominibus, & has coronant, & has proponunt cum imaginibus mundi philosophorum. Sic Epiph. tom. 2. l. 1. hæ. 27. de Carpocrate refert, quòd Pauli & Christi imagines cum philosophorum imaginibus collocatas adoraverit, & suffitum illis fecerit. Ita August. ad Quodvult. hæ. 7. De Marcella hæreseos Carpocratianæ fœcia memorat, quòd coluerit imagines Christi, Pauli, Homeri, & Pythagoræ adorando, incensumq; ponendo. Et de his ipsis dicit Bellarm. l. 2. de imag. sanct. c. 24. cum Christum coluerint, eos imaginem ipsius propter Christum coluisse. Si ergò propter Christum imagines ejus coluerunt Gnostici, & tamen à veneranda antiquitate hæreseos infamia notati sunt, certè nec hodiè sine idololatriæ suspitione licebit pontificijs colere imagines ob relationem ad prototypa. 2. Armenios, de quibus Nicephorus l. 18. hist. c. 54. item 51. 52. tradit, quòd crucem adorare & colere consueti fuerint, unde Staurolatræ & Chazuzarij ab ipso vocantur; Chazuz enim crucem vernaculâ eorum linguâ significat. Quis verò inficias ibit, ipsos crucis honorem detulisse ad Christum crucifixum, cum Bell. asserat, nullam posse fieri crucis imaginem, que non representet Christum cruci affixum, & id quidem perse & propriè. 3. Χριστοφωροί Ἰνυόρες, i. e. accusatores Christianorum, qui divinos imaginibus deferebant honores, eoq; Christianos de idololatriæ crimine suspectos reddebant. Vide Damasc. in l. de 100. hæ. circa finem. Verùm de his ipsis quoq; concedit Bellarminus dicto loco, illos, eò quòd Christum coluerint, honorem imaginibus concessum ad prototypum retulisse. Quid verò aliud agunt pontificii. Audi fulmen Concilij Tridentini: Mandat sancta synodus, imagines

nes Christi, Dei paræ virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas & retinendas esse, eisq; debitum honorem & reverentiã impertiendã, quoniam bonos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illarepresentant. Audin reos confitentes!

4. Collyridianos, qui Mariam ^{theotokion} adorando, collyras seu collyridas, placentulas offerendo, imaginem ejus circum ferendo & honorando colebant. Epiph. l. 3. cont. hæ. tom. 2. hæ. 29. de qua hæresi ita: unde non est simulacrificium hoc studium, & facinus Diabolicum. Prætextu enim justitiæ semper subiens hominum mentes Diabolus mortalium naturam in hominum oculis deificans, statuas humanas imagines præferentes per artium varietatem expressit. Et mortui quidem sunt, qui adorantur: ipsorum verò imagines, quæ nunquam vixerunt (neg enim mortuus esse possunt, quæ nunquam vixerunt) adorandas introducunt, ab alterante mente ab vno & solo Deo, & c. sit in honore mater: Pater & Filius & spiritus sanctus adoretur: Mariã nemo adoret, & c. Sive enim velut ipsam adorantes Mariam ipsi offerunt collyridem, sive placentam vana ista mulieres: sive pro ipsa offerre conantur hanc putidam oblationem, tota res stolidã est & aliena, & ex Demonum motu fraus & impostura. Quod verò non longius extendam orationem, sufficient nobis relata: Maria in honore sit: Dominus adoretur, & c. Quid quæso clarius dici posset ab Epiphanio, si præsens hoc nostro seculo viveret, adversus παρθενολάτρειας pontificios? nonne omnia & singula ipsius verba mera sunt fulmina undique ferientia rasam cohortem? At excipient scio, extra oleas nos vagari hisce exemplis, siquidem isti omnes divinos imaginibus honores obtulerint. Idem Pontificios agere nervosè & solidè hactenus demonstratum est, & ob id de idololatria meritò accusamus, quippe qui cultum Deo soli debitum ad creaturas deferunt; vana igitur est exceptio, & nimis subtilis, vel si major ridicula Gregorij distinctio, quæ ita restringit, si videlicet tribuatur s i c u t Deo. Δειδνέ μιν, ὁ ρασι fratres, πρὸς κείνην λακίλειν.

Prophanorum exemplorum loco veniunt *Gentiles*, qui simulachris rerum terrestrium depinxerunt verum Jehovaham, non quasi *simulachra* DEUM esse statuerent, aut Deum corporeum crederent, sed quod vel aliquando hac se ipsis forma ostentavit numen, vel quod hisce figuris beneficia & merita humano generi exhibita adumbrarentur; vel quia Deum summo cultu prosequendum à majoribus audiverant, simulachra excogitarunt, diligentius officiose functuros rati, si ob oculos exemplar ejus (qui quidem invisibilis esset, sed ob captum rudiorum qualiter hoc schemate depingi posset) continenter haberent: vel denique ut ostenderent, quæ beneficia ad quod idolum essent petenda. Hinc Paulus Rom. 1. v. 20. 21. dicit eos esse ἀπειροκατανοήτας, quippe qui cum DEUM cognoverint, non tamen ut Deum glorificaverint, neque grati fuerint, sed vani facti sint per cogitationes suas. Quomodo? v. 23. mutando gloriam immortalis Dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effectam, verum etiam volatilium, & quadrupedum, & reptilium. Hæc ergo idololatria eorum origo est, quod Deum terrestribus adumbrarunt simulachris, & sic miram sibi affinxerunt sapientiam. Unde Athenienses Act. 17. v. 23. aram extruunt ignoto DEO. Si ergo Deus iste ipsis fuit ignotus, quis ita deliret, ut dicat, illos aram ipsam & simulachrum affixum habuisse pro εἰκόνα θεῶν: quin potius hoc existimarunt, per illa verè representari & coli eum, qui fecit mundum, & omnia, quæ in ipso sunt, qui celi & terræ sit Dominus, v. 24. At Paulus exagitat hanc eorum ἀειδαυρολογία, & informat eos v. 25. non in manu factis templis Deum habitare, nec humanis manibus coli, & propterea simulachrum illud removendum, & mentem potius ad ipsum DEUM convertendam & dirigendam esse. Quamvis ergo non negemus, quosdam imò multos de facie vulgi adeo ex cordes fuisse, ut divinam vim simulachris adscriperint, de sanioribus tamē præsertim philosophis, qui Deum unum è lumine naturæ in-

nato & acquisito aliquo modo cognoverunt, illud per negamus : plebem a. ita cæcutire sinebant, ut majorem Deorum reverentiam ipsis incuterent. Sic August. l. 4. de civ. Dei. c. 31. de Varrone refert, quod dixerit; *multa esse vera, qua nō modo vulgo scire non sit utile, sed etiamsi falsa sunt, aliter sentire populum expediat, atq; ideo Græcos mysteria taciturnitate & parietibus clausisse.* Et c. 27. Scævola pontifex expedire existimat, *falli in religione civitates.* Patet illud, quia infinita penè habuerunt simulachra, & tamen DEUM unum confessi sunt, ut patet ex Aristot. l. 8. Phys. tex. 48. 49. Trismegisto, Carminibus Sibyllinis, Empedocle, Socrate, Xenophóre, Platone, Jamblichio, Proclo, Synesio, Phocylide, Theophrasto, Zenone, Seneca, Epicteto, Clearche, Cicerone, Orpheo, Porphyrio, Pythagora, & alijs sanioris philosophiæ mysterijs imbutis. Plura autem habuerunt simulachra, quia proprium ejus nomen ignorarunt, ideo plura ipsi assignarunt nomina, quibus Deus ille significaretur, & ad plura loca ejus instituerunt memoriam, sicut id testatur Maximus quidam gentilis in Epist. ad August. Scribens: *Equidem unum esse Deum summum atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus neget esse certissimum? Hujus nos virtutes, per mundanum opus diffusa multis vocabulis invocamus, quia nomen ejus cuncti, proprium vid. ignoramus.* Nam Deus omnibus religionibus commune nomen est: ita sit ut dum ejus quasi quedam membra carptim varijs supplicationibus prosequimur, totum colere profecto videamur. Hinc Dio Chrysof. 12. de prima Dei notitia, & Maximus Tyrius ser. 38. affirmant, *summum, primum, maximū Deum creatorem omnium, & conservatorem, à se in simulachris ex auro & argento & ebore factis coli.* Sic Euseb. l. 3. de præpar. Evangel. citat ex Porphyrio, quod rudiores tantum ad ligna & lapides respiciant, *sed sapientes voluisse Deum & Dei virtutes in sensibus nostris διὰ εἰκόνων συμφύλων μινύειν: invisibilia Dei per picturas visibiles ἀποτυπώσαντας τοῖς καθάπερ ἐκ βιβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀνα-*

των ἀναλόγειν τὰ περί θεῶν μεμαθημένοι γράμματα. Ita August. in e-
narr. psal. 113. conc. 3. refert Gentiles ita dicentes: *non*
hoc visibile colo, sed numen, quod in illis invisibiliter habitat. Et
qui videbantur sibi purgatoris esse religionis, dicebant:
nec simulacrum, nec demonium colo, sed per effigiem corporalem
eius rei signum intueor, quam colere debeo. Athan. in orat. cont.
idol. introducit ita nugantes: *non esse Deos, sed simulacra*
Deorum idè haberi, ut Dÿ sub istis imaginibus respondeant, & se
revelent, qui alioqui invisibiles aliter cognosci non possint. Surtius
tom. 5. fol. 88 r. tradit, quòd Julianus Apostata Artemi-
um Syriæ Ducem & Martyrem ad idololatriam tradu-
cere conatus hoc modo ethnicorum idolomaniam ex-
cusaverit: *Non tanquam Deos colunt eorum imagines, absit: hoc*
enim ita accipiunt agrestiores & simpliciores, sed qui cupiditate
tenentur sapientia & res Deorum accuratè inquirunt, sciunt, cui-
nam honorem tribuant, & ad quem transeat adoratio divinarum
imaginum. Hanc sententiam ipse quoq; Bellarminus im-
probare omninò non potest quando concedit, *Gentilium*
aliquos nò fuisse ita stultos, ut putarent idola ligna, vel lapides
esse Deos Ideoq; hoc probat tantum, MULTOS Ethnicorū credidisse
idola esse Deos, quo in sensu nos quoque habet, quippe qui
ultrò largà largimur manu, plurimos è rudi plebecula statuas
Deorum loco habuisse: non pauci tamen illud omninò nega-
runt, sicuti id patet ex Arnob. l. 6. Sozom. l. 7. c. 15. vbi
dicunt gentiles, statuas non esse honorandas eà opinione, quòd
as, aurum, & argentum, & similes statuarum materia Dÿ
essent, sed quòd per simulacra Deorum aliàs invisibilium presen-
tia exhiberetur, & quòd ÿs Dÿ in haberent, adeoq; quòd per eas
dii colerentur & honorarentur. Excipit Bellarminus, nos
hoc argumento committere Elenchum parium, *siquidem*
gentiles per statuas adoraverint vel homines mortuos Lact. l. 1. c.
14. & 15. August. l. 8. de civ. Dei. c. 26. vel Demones in ipsis, Aug.
l. 8. de civ. Dei c. 23. vel partes mundi, Aug. in ps. 113. & l. 4. de civ.
Dei. c. 10 & l. 7. c. 5. Euseb. l. 3. præp. Evang. c. 2. vel animas ea-

rum partium Euseb. l. 3. c. 3. prap. & Aug. l. dicto. Catholicos autem (Romanenses) hoc neg. facere, neg. fecisse unquam, cum imagines nec Deos putent, nec imagines Deorum. R. Scriptura ignorat illam distinctionem inter venerationem per imagines & idola factam Deo aut creaturis. 2. Superius exemplo Hebræorum ostensum est, etiã eos, qui verum Jēhovā per idola & statuas honorarūt & invocarunt idololatrias merito haberi. 3. idem etiam gētilēs fecisse ex Chryf. & Tyrij Maximi testimonijs elucescit. Quāvis ergo nō negemus, quosdam per idola Demones, & hōmīnes, & creaturas alias honorasse, non tamen id universaliter verū esse, ex dictis patet, cū omnes gentes sint idololatra, quia Deum non legitimo coluerunt modo. 4. Falsum est, Pontificios per imagines non adorare Deum. 5. Falsum quoq; eisdem non colere creaturas, nisi fortē Mariam & reliquos sanctos creaturarum numero eximant.

IV. APRAXI PONTIFICIÆ ECCLESIAE. Syllogismus sic talis: Quod ipsa experientia ^{ὁφθαλμοφανές} demonstrat, illud vtiq; negari bona fide a papicolis non poterit. Sed experientia ^{ὁφθαλμοφανές} demonstrat: imo templa & parietes vel nobis tacentibus loquuntur, gloriam & honorem Deo debitum per idololatriam tribui imaginibus & statuis. E. Minor constat. Assignant enim ipsis vim sanandi corpus & animam: tradēdi ea, quæ nos gloria & gratia divina participes reddunt: defendēdi ab omni malo, &c. E. g. In benedictione ligni crucis hæc adhibetur precandi formula: Rogamus te sempiternē Deus, ut digneris benedicere hoc lignum crucis, ut omnibus hic genu flectentibus, actus majestati supplicantibus, cordis compunctio & admissorum concedatur remissio. Atque intercedente ipsa victoriosissima filij tui unigeniti passione tibi placita postulare, & citius valeant postulata percipere. Item: sanctificetur istud lignum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & benedictio illius ligni, in quo sancta membra Salvatoris suspensa sunt, sit in isto ligno, ut orantes & inclinantes se propter Deum ante crucem istam, inveniunt corporis & animæ sanitatem. Item: digneris benedicere hoc lignum

lignum crucis, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, bonorum operum, profectus, & redemptio animarum, tutela contra seua jacula inimicorum. Item: ita, qua sumus, accipias illam crucem, quemadmodum & illam, in qua passus es, manibus amplexus es: & sicuti per illam mundus expiatus est à reatu, ita offerentiam famulorum tuorum anime hujus crucis merito careant omni perpetrato peccato. Petunt à cruce ea, quæ ad statum gratiæ & gloriæ consequendum faciunt. Ad gratiam, hæc vulgata cantilenâ: *O crux ave, spes unica, hæc passionis tempore, Auge pijs justitiam, Reifq; da veniam.* Sic Bellarminus cõcionatores declamantes introducit de cruce. *Tu nos redemisti: Tu nos Patri reconciliasti.* Ad gloriã, petunt in Antiphona t. I. con. 3. I. 2. c. 23. *O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior universis, que sola fuisti digna portare mundi talenta, dulce lignum, dulce asferens pondera,* SALVA presentem catervam in tuis laudibus hodie congregatam. In Die inventionis crucis: *Ara crucis, lampas lucis, vera salus hominum: nobis prorum fac patronum, quem tulisti Dominum.* Sic cum in Sabbatho Paschæ presbyter Pontificius imaginem crucifixo sepulchro exemptam in templo circumfert, & fores ejusdem clausas pulsans dicit: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini porte infernales, & introibit rex gloriæ.* Rursumque interroganti: *quis est iste Rex gloriæ?* Respondet: *Dominus fortis & potens in pralio: Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.* Ita die parasceves Papa aut sacerdos paulatim detegit crucem, eamque populo ostendens ait: *Ecce lignum crucis, cui respondent Capellani: in qua salus mundi pependit.* Deinde Cantores perficiunt: *Venite, adoremus.* Ad ea verba Papa procedit exutis calceis per unum ex scutiferis, & genu flexo adorat & osculatur: post Papam Cardinales, Imperatores, Reges, si adsint: tùm Episcopi, dein Oratores Laici, protonotarij, Abbates, auditores, Clerici Cameræ, Acoluthi, Cubicularij, Clerici ceremoniarum, Diaconus & subdiaconus capellæ,

capellæ, secretarij cū advocatis, procuratores ordinum, cantores, capellani assistentes, scutiferi Papæ, & post universum illum gregem deniq; Caudatarij. l. 2. Cer. c. de fer. 6. major. hebdom. Ita à summo Pontifice usq; ad imum Caudatarium omnes crucem adorant & osculantur. Excipit Bellarminus *ista tribui imagini, nec ut lignum est, nec ut imago est, sed ut accipitur loco exemplaris, i. e. dicuntur de ipso Christo, cujus tamen imago vices gerit; tribuiq; hac ratione nullum propriè honorem ipsi imagini, sed tantùm impropiè vel per accidens.* R2 neg. per crucem metonymicè ipsum Christum intelligi. Ea enim crux intelligitur, cui benedicitur, & quidem etiam in nomine filij, in qua sancta membra salvatoris suspensa sunt, qua contra distinguitur ligno, de quo Christus pependit, qua est arbor decora & fulgida, ornata regis purpura Electa digno stipite, tam sancta membra tangere, beata cujus brachij mundi pependit precium, qua digna est portare mundi talentum, qua tulit Dominum, in qua salus mundi pependit. Illa autem est vel lignum crucis, vel imago ad ejus similitudinem facta. E. 2. posito, sed non concessio, intelligi ipsum prototypum, ex superioribus patet Deum nolle ita per imagines & simulachra coli & adorari, adeoq; ad huc dum *εικονολατρῶν* nomine venire Pontificios. Excipit 2. esse *prosopopeiam Rhetoricam*, quæ Ecclesia alloquitur crucem eo modo, quo Moses alloquitur calum & terram, cum ait Deut. 32. *Audite cali, qua loquor, &c. & quando B. Andreas eandem alloquebatur, cum diceret: Salve crux preciosa, &c. significari autem hanc prosopopeia, nos desiderare fructum crucis i. e. salvari per meritum Christi, qui in cruce passus est.* R2 Bell. l. 1. de Sanct. Beat. c. 19. respondet Brentio (c. 24. Confess. Wirtemb. dicenti, *Patres per figuram προσωποποιίας invocare fuisse solitos nomina mortuorum* (vanum esse figmētum, quia patres polliceantur sibi & alijs auxilium ex illa invocatione. iam subsane: Pontificij sibi auxilium pollicentur ex crucis veneratione. E. 2. Si concedamus esse *προσωποποιαν*, unde probabit imagines propterea non honorari *λασεία*, seque

ab εἰδωλομανείας crimine liberos esse. Quasi verò avarus per προσωποποιίαν dicens auro: *fiducia mea est tu*; Epicuræus dicens ventri, *Deus meus est tu*: homo dicens brachio carnali, *propugnaculum meum est tu*: ob hanc rationem non sint idololatrae, quia per προσωποποιίαν creaturas sunt allocuti? 3. illa demum προσοπαία pia est & religiosa, quæ *detrahta, & resoluta in orationem simplicem Christianum reddit sensum*, qualis est illa Mosis per analysin: *Calum & terra testes sunt benignitatis & misericordiae divinae*. Et illa Andreæ ἀναλυτικῶς: *Grata est mihi crux*. Illa autem Pontificiorum: *O crux ave, spes unica*, resolvitur in hæc: *Grata est mihi crux spes unica*, & adhuc idololatricum retinet sensum. 4. ridicula est illa Bellarmini expositio, quâ dicit per illas precandi formulas innui, *nos desiderare fructum crucis i. e. salvari per meritum Christi, qui in cruce passus est*. Quis enim quæso Oedipus, vel pythius Apollo illum sensum à verbis planè alienū eruere potuisset? Idem est, ac si avarus ab idololatriæ crimine se liberare vellet, dicendo: *se non dependere ab auro, nec fiduciam in illo suam collocare, sed desiderare fructum auri i. e. salvari per Deum, qui aurum creavit*: Si Epicuræus diceret, *se non in hiare voluptatibus hujus mundi, nec magis eas diligere, quàm Deum, verum potius, desiderare fructum vētris, i. e. salvari per Deum, qui escam largissimè suppeditet*, nonne ab omnibus exploderentur ob ineptam & stultam suam interpretationem? idem sibi justè fieri sciant Pontificij.

In benedictione imaginis Beatae Virginis, hæc solennis adhibetur formula: *Sanctifica Deus hanc formulam B. Virginis, ut tuis fidelibus salutaris auxiliij opem ferat: tonitrua aut fulmina se in valuerint, nocentia celerius expellantur: pluviarum quoq; inundatio, aut civilium bellorum commotio seu paganorum devastatio ad presentiam ejus comprimantur, &c.* Ita Iohannes XXII. Pontifex Romanus hanc edidit orationem de effigie vultus Christi panniculo in gratiam Veronica impresso:

Salve

Salve sancta facies nostri Redemptoris,
 In quantum species divini splendoris,
 Impressa panniculo nivei candoris,
 Dataque veronica signum ob amoris:
 Salve decus seculi, speculum sanctorum,
 Quod videre cupiunt spiritus caelorum;
 Nos ab omni macula PURGA vitiorum,
 Atque nos consortio JUNGE beatorum.
 Salve vultus Domini imago beata,
 Ex aeterno munere mirè decorata,
 Lumen FUNDE cordibus ex vi tibi data,
 Et à nostris sensibus TOLLE colligata:
 Salve ROBUR fidei nostrae Christianae,
 DESTRUENS haereticos, qui sunt mētis vanæ;
 Horum AUGEME ritum, qui te credunt sanè
 Illius effigie, quo Rex fit ex pane.
 Salve nostrum gaudium in hac vita dura,
 Labili & fragili citò peritura:
 Nos DEDUC ad propria, ô felix figura
 Ad videndum faciem, quæ est Christi pura.
 Esto nobis quæsumus, tutum adjuvamen,
 Dulce refrigerium, atque consolamen,
 Ut nobis non noceat hostile gravamen,
 Sed fruamur requie: omnes dicant, Amen.

In benedictione *imaginis* *Johannis* Evangelistæ his utuntur verbis: *Presta, ut omnes illam cum reverentia intuentes, precesq. coram illa fundentes, pro quacumq. necessitate oraverint, exaudiantur: sit hæc imago Daemonum sancta expulso: Angelorum advocatio: fidelium protectio; ejusq. in hoc loco potenter vigeat intercessio, &c.* In antidoto hæc extat oratio ad *C R U C E M*: *Signum sanctæ crucis DEFENDAT me, ab omnibus malis, &c.* Sic in consecratione cereæ imagunculæ, quam vocant *Agnus Dei*, ita orant: *Ut isti agni immaculati accipiant eandem virtutem contra omnes Diabolicas versutias & fraudes maligni spiritus, quæ agnus innocens, filius ejus Jesus Christus in ara crucis immolatus protoplastum nostrum de Diabolica potestate eripuit.* Sacr. Cer. Eccl. Rom. l. i. tit. 7. Urbanus V. Pontifex Romanus quing. *imagunculas* hac ratione consecratas & benedictas dono misit Orientali Imperatori, hocce adjungens versiculos:

*Balsamus & cera munda cum chrisomatis unda
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum,
Fulgura de sursum DEPELLIT, & omne
malignum*

*Peccatum FRANGIT, ut Christi sanguis, &
angit,*

*Pregnans servatur, simul & partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis:
Portatus munde de fluctibus eruit undæ.*

Firmū ergò ratumq. est secundū generalis nostri Syllogismi membrū, quòd vid. *veneratio religiosa imaginum sit* *ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΣ*, sit ἰδιωλοαλγεία, & gravissimè Deum, qui bonorē suam

suam alteri tribui non vult Esa. 42. v. 8. & 48. v. 11. offendat, & per consequens à vera Ecclesia tolerari non debeat. Quòd erat τὸ κρειβόμενον.

Tertium probationis nostræ generalis membrum est, quòd εἰκονολατρεία sit ἄλογος, ubi per λόγον non intelligimus φρόνημα σοφίας. Ro. 8. v. 6. nec πιθανολογίαν καὶ φιλοσοφίαν κενῆς ἀπάτης Col. 2. v. 4. Sed ἀχμαλωθέντα εἰς τὴν ὑπακοὴν τῆς χειρὸς. 2. Cor. 10. v. 5. rationem rectā, & renatam, quæ ex ipsis sacris pagellis consequentiam depromit suam. Syllogismus noster hac indui potest forma: *Quæcumq; sententia firmis & solidis vere, recte & sana rationis fundamentis suffulciri non potest, illa jure nota & spuria judicatur. Hæc εἰκονολατρεία talis est. E.* Minorem negat Bellarminus, & contra quasdam ratiunculas in arenam producit, easq; in nos detorquet, vim nostrorum argumentorum illis perrupturus: at nimis infirmæ sunt & lubricæ, quàm ut impetum aliquem sustineant, sicuti videbimus. Prima est à simili: *Homo dignus est venerari, quia imago Dei est. E. & imagines Christi & sanctorum dignæ sunt veneratione.* Ratio connexi; quia quòd vni imagini, quæ tali convenit, illud necessario omnibus competit imaginibus. R. Major: *Quæ est vnius imaginis conditio, eadem est & alterius, non est rationis sana, sed vana.* Nam imago, quæ talis ex Bellarmini hypothese, infert venerationem. *Idolum est imago. E. quæ imago, idolum est venerandum.* 2. in sensu lato omnes creatura aliquid divinitatis inferūt, Deiq; imagines sunt, licet non ita exquisitæ, ut homo. E. omnes creatura sunt veneranda & colenda. 3. homo σοφός, venerabilis est, non quæ imago simpliciter, sed quæ Dei imago. Jam autem sancti non sunt religiose colendi. E. nec eorum imagines. 4. in vertimus argumentum: *Homo est venerandus, sed civiliter, & externe, non religiose. E. & imagines.* Excipit Bellarminus: *hominem civiliter coli ut regem, ut Imperatorem: sed religiose, ut imaginem Dei, quia res sacra est: sicut qui honorat hominem, quia sanctus, quia propheta, aut Episcopus, est religiose*

honoratur. Rursum non à recta ratione edoctus est Jesus vita, sed à lipippio speculationum ingenij. Quis enim quæso admittat omnem hominem ut imaginem Dei religiosè coli posse, annon oculis obversatur illud: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies* Matth. 4. v. 10.? Cur Petrus adorari noluit à Cornelio, cum optime ut *imagini Dei* id conferre licuisset? cur ad *humanam æqualem conditionem* revocat Act. 10. v. 26.? Cur *Angelus* adorationem respuit, cum *imaginem Dei*, spiritualitate, immortalitate, intellectu, voluntate &c. referat. Apoc. 19. v. 10. & 22. v. 9.? Cur Christus *Diabolum* adorare noluit, qui etiam adhuc *imaginem Dei spiritualitate & immortalitate* exprimit? Matth. 4. Cur ἀνθρώπων υἱοὶ λέγονται Arari Nestoriani, qui *Christum hominem* ut *Dei imaginem* adorare optimo jure poterant? Hinc manifestæ sunt Cardinalis fraudes & imposturæ, quibus sibi ipsi ad religiosum cultum, & Canonisationem quasi viam sternit, & pro religiosâ adoratione hominis depugnando ad sui venerationem superstiosulos allicit? 2. superius demonstratum est, *res sacras excipi non nisi externâ honorificentia*. Blasphemia igitur est, & idololatrica Suitæ exceptio.

Secunda ratio etiam deducitur à simili: *IMAGO* regis est venerabilis civili quodam honore. E. Christi & sanctorum cultus religioso. Idq; confirmat ex insigni fraude Juliani Apostatæ, quam describunt Gregorius Nazianz. orat. in Julian. & Paul Diac. in vita Jul. *Erat in more positum, ut imagines Imperatorum ab omnibus adorarentur, id quod etiam Christiani faciebant, quippe qui sciebant solam civilem adorationem illam fuisse, qualem etiam ipsi Imperatori licet Ethnico deferebāt.* Julianus igitur ut cogeret Christianos saltē per errorem adorare idola, iubeat suam imaginem ita depingi, ut simul pingeretur Jupiter de cælo, coronam & purpuram imperatori deferens: pingerentur etiam Mercurius & Mars in Imperatorem respicientes, ut eo modo indicaret, se sapientem & fortem esse. Itaq; seipsum inter

Des

Deos depictum proponebat, ut Christiani de more venerantes imaginem Imperatoris simul venerarentur imagines falsorum Deorum. R. Majorem, quæ nititur hoc Aristotelæo axiomate: Contrariorum contraria sunt consequentia, icidem non recta è verbo divino piè informata ratio subministrat, nec philosophia sobria ita illimitate admittit. Nam requiritur, ut sint *contraria per se, & formaliter*. 2. Consequentia non sint accidentalia, utriusq; communia. Jam autem *imago civilis & sacra* non sunt *per se contraria*, cum utraque eodem tempore ab vno recipiatur subjecto, neq; Tò colè illius consequens est necessarium. Multæ enim sunt imagines, quæ *non coluntur*, sed propositæ sunt vel ad *juvandam memoriam*, vel *aliam ob causam*. 2. Sic homines pij, imò *omnes creaturae* essent adorandæ religiose, quia sunt *imagines & simulacra Dei*. 3. *Diabolus* adorari posset. 4. Ad statuam Juliani quod attinet, illa *civiliter* adorari potuit sine idololatriæ suspitione, cum Naaman in domo Remmon Deum veneratus sit coram idolo Syrorum, & *Christiani* imagines Jovis, Mercurij & Martis non alio habuerunt loco, quam vel pro simulacris & statuis aliorum hominum, vel pro occasione ad abominandam idolomaniam gentilium, cum *idolum nihil sit in mundo*. 1. Cor. 8. Quemadmodum igitur *ειδωλοθυσις* salva conscientia *vesci* potuerunt Christiani primitivæ Ecclesiæ: ita quoq; imagines Imperatorum *civiliter* honorari sine læsione conscientia etiam coram simulachris gentilibus potuerunt, modò ab fuerit suspicio *ειδωλολατρείας, εφορμη λοιδοςίας*, & scandalum.

Tertium argumentum fluit ex loco contrariorum: *Quod est capax unius contrarij, id etiam alterius contrarij capax erit. Imago est capax injuriæ & contumeliæ. E. & honoris & cultus*. Minorem probat exemplo Imperatorum, Maximini, Domitiani, Theodosij, Juliani, &c. R. 1. ne hanc majorem pandetæ Christianæ, sed Aristotelææ dictitant, neq; ubiq; militat. 2. imago quidem capax est cultus religiosi, i. e. potest

potest honorari & coli non tantum civiliter, sed & religiose: verum posterior hic modus divino interdicitur precepto. 3. *Omnis homo capax est contumelia: Imò omnia creatura, videlicet per abusum, quo creator ipse Deus contumeliâ afficitur. E. omnis creatura veneranda & adoranda est?* 4. Plus est in conclusione, quàm in præmissis. Illæ enim hoc solum probant, *cultus capaces esse imagines, sed non propterea religiosi.* 5. quæ sequela: Deus Juliani, Christi imaginem deicientis, statuam fulmine percussit. E. Christi statua religiosa est colenda? idem est ac si inferrem: *Deus Gen. 9. v. 6. humani sanguinis effusionem prohibet, quia Dei imaginem homo refert. E. omnis homo adorari debet.* Vides vanitatem Bellarmine? David ægrè fert legatos suos ab Amonitis ludibrio habitos. E. voluit eos adorari. Papa Romanus non vult diplomata sua ab ullo flocci fieri. E. vult religioso excipi cultu. Consequentiam forsân concedit Bellarminus & Pontificij, qui ad Papæ nutum victitant: nos verò strenuè resistimus.

Quarta ratio: *Idola gentium merito execramur, & confringimus, & hinc valdè laudatur Theodosius, qui teste Theodoro l. 5. c. 20. hist. iussit idola ubiq; destrui: at certè id non fit, nisi ratione significationis, quia sunt imagines falsorum Deorum. E. vi contrariorum imagines Christi & sanctorum, quia res verè bonas & sanctas significant, honorabiles sunt. & ad antecedens, demonstrasse nos supra, gentiles per idola non semper falsos Deos, sed sæpius verum supremum Jehovam conditorem cæli & terræ coluisse, id quod etiam fecerunt Israelitæ per Moyses & Asear: Michas per suum idolum. 2. non ergò tantum respectu significationis reprehenduntur gentiles, sed potissimum etiam ratione cultus, quia non legitimo modo juxta ipsius mandatum, sed per simulacra & statuas revererium voluerunt. Hinc nonnulli pientiores Imperatores, inter quos ipse quoq; est Theodosius, quasdam Ethnicorum Deorum imagines in memoriam gentilis idolomania retinuerunt, ut ex-*
tarent

tarent clarissima illius signa & iudicia. 3. Christi & sanctorum imagines honorabiles esse externâ honorificentia concedimus: religiosum autem cultum hoc argumento Iesuvvita non probat. 4. Sic excusati satis essent Carpocratiani, Collyridiani, Christianocategori, quod imagines res verè bonas & sanctas significantes coluerint.

Quintū argumentum ab improbitate Iconomachorum, qui vel sunt Judæi vel Samaritani, vel Mabometani, vel Necromantici, vel manifestè hæretici, & pietate eorum, qui imagines coluerunt & colunt, qualis fuit Gregorius & Adrianus pontifices. Non autem esse credibile, Deum per hostes suos potius, quàm per amicos & sanctos Ecclesiam docere voluisse. Major Syllogismi, quòd illa doctrina, cujus authores externam (internam enim quis noverit?) sanctitatem vitæ præferunt, sit orthodoxa & acceptanda, orthodoxa ipsa non est, sed admodum lubrica. Ove namq; lupum tegunt hæretici Matth. 7. v. 15. prætendunt longas orationes & similes sunt τὰς οὐκ κενόμας μύθους Matt. 23. v. 14. in hypocrisis loquuntur mendaciū 1. Tim. 3. v. 5. transfigurât se in Apostolos Christi 1. Cor. 11. v. 12. Exempla si velis, ob oculos pone Baalistas, Phariseos, Novatianos seu Catbaros, Manichæos, Pelagianos nostri seculi Anabaptistas, Schwengfeldianos, Wigelianos, Enthusiastas, & Photinianos. 2. nos nostræ sententiæ authorem agnoscimus & probamus Deum, sanctitate cunctos mortales infinitis post se parasangis relinquentem, sanctissimos prophetas, reges, & Apostolos, venerandâ item canitie præditam sanctam antiquitatem. 3. ἐπεὶ εὐδοξίαν Mabometanorum & Judæorum non probamus, nec præpostero & perverso εἰκονομασίῳ ἢ εἰκονολασίῳ mori subscribimus, sed honorificum imaginum ad typos, memoriam & commonefactionem usum liberrimè damus, & in eo pro libertate depugnamus.

Sextum argumentum est ab infelici exitu Iconomachorum & felicitate eorum, qui imagines defenderunt. Cremationem enim imaginum à Leone publicè in foro Constantinopolitano fa-

H

Etiam

Etiam horrenda subsequuta est pestis, quae intra 300000. homines Constantinopoli abripuit. Chron. Mat. Palmer. anno 747. Eadem occasione Imperatores Orientales imperio Italia exciderunt. Sic Constantinus Copronymus vivum se igni in extinguibili comburendum traditum exclamavit. Contra Pipinus & Carolus cum Pontifice Romano imagines defendentes felicissime vixerunt & regnarunt. 1. Major ex sana ratione non fluit, cum ex aspectu externo infelicitas non sit aestimanda, alioquin sanctissimi Martyres omnium infelicissimi essent, utpote qui coram mundo miserabilem sortiuntur exitum. 2. potuerunt iidem Imperatores ob alia vel publica vel privata maleficia à Deo puniri. 3. Superius proestati sumus, nos per verso & prematuro ipsorum Zelo non consentire, nec ullâ ratione eum approbare. 4. felicitas temporalis non est propria Ecclesiae visibilis nota, uti à Pontificijs falso fingitur. Nam scriptura testatur, quin ipsa res quoque loquitur, Ecclesiam gravissimis saepe fuisse persecutionibus pressam, & tantum non oppressam. Hinc Christus in concione valedictoria Jo. 16. v. 20. & 33. suis Apostolis praedicit, quod sint ploraturi: mundus autem gavisurus: per multas namque tribulationes introeundum est in regnum caelorum Act. 14. v. 22. per angusta petenda angusta: per aspera astra. Contra impij plerumque felicibus rerum terrestrium successibus florent, de quo querulatur Job. 21. v. 7. 8. 9. 13. David Psal. 73. v. 5. 12. Jeremias c. 12. v. 1. 2. 5. crimen falsi committit Bellarminus, quando Carolum Magnum approbasse & defendisse eum Pontifice Romano à novis aliquibus asserit, cujus contrarium luculentissime patet ex Concilio Francofurtano anno 794. habito, ut & libris Carolinis. 6. Quibus medijs Pipinus & Carolus ad Imperium pervenerint, id in discursu de reformatione & disput. de Antichristo exposuimus.

Septimum argumentum deducitur à miraculis. Deus enim per imagines Christi & sanctorum multa operatur miracula, ex quo intelligimus, placere illi, ut imagines honorentur, Exempli autem

autem loco producitur statua hamorrhoiſſe, Juliani fulmini de-
 eta, &c. Et hoc ipſo inquit Deū inſinuaffe imaginum cultū. Major hujus Syllogiſmi non eſt ſcripturæ, ſed monſtrum è
 Jeſu vitæ cerebello reſiliens, Nam miracula non eſſe propri-
 um veritatis indiciū ipſe Deus declarat Deut. 13. v. 1. 2.
 2. Tim. 3. v. 8. Matth. 7. v. 22. 23. c. 24. v. 25. Luc. 11. v. 19.
 2. Theſſ. 2. v. 9. Apocal. 13. v. 13. 14. Idem teſtantur ex-
 empla Gentilium, hereticorum & Pſeudo-prophetarum. Nil
 ergo infert Bellarminus, quia miracula conveniunt Ec-
 cleſiæ non ſemper, nec ſoli, nec ſine doctrina quicquam pro-
 bant. Supra autem jam demonſtratum eſt, doctrinam
 de imaginum veneratione ſacris paginis non conſentire, ſed è
 diametro repugnare, vide diſcur. noſtrum de reformatione
 Lutheri pag. 18. & 19. ubi demonſtravi, miracula no-
 ſtro hoc tempore, nec neceſſaria, nec utilia, nec etiam Ec-
 cleſiæ honeſta eſſe. 2. nulla eſt conſequentia: Miraculo con-
 firmatum eſt hoc vel illud: E. adorandum eſt. Quòd verò Bel-
 larminus aſſerit, ipſum religioſum imaginum cultum miracu-
 lis à Deo confirmatum eſſe, rō è ἀρχὴ ἀλλοτρίαι. 3. Juliani tempore
 nondum recepta fuit imaginum adoratio. E. nec illo miracu-
 lo confirmata. 4. Diabolus ad confirmandam idololatriam mi-
 racula etiam edere videtur, quod patet ex oraculis genti-
 lium, Delphico, Hammonio, &c. 3. miracula multa propo-
 nuntur à pontificijs, quæ partim fallacia ſunt, partim ri-
 dicula & ludicra.

Quartum argumenti noſtri generalis membrum eſt,
 quòd cultus imaginum religioſus repugnet CANÆ ET
 SANÆ ANTIQUITATI, cui quantum ſit tribuendum,
 ſi ſacris conſentiat codicibus, nemo non videt. Quando ergò
 è ſcriptura confirmatam reddidimus noſtram ſententi-
 am, jure optimo Patrum nobis ad ſtipulantium calculos
 ſupponimus. Approbaſſe autem illos ſententiam no-
 ſtram patet. 1. quia dixerunt: imagines non eſſe adorandas.
 Clemens Rom. l. 5. recogn. Quis iſte honor Dei eſt per lapi-
 deas

deas & ligneas discurrere formas & inanes atq; exanimas figuras
 tanquam numina venerari & hominem, qui verè imago Dei est,
 spernere? Minucius Felix in Octavio: Nos crucem neq; ado-
 ramus, neq; optamus. Ambrosius de obit. Theod. Invenit He-
 lena crucem Domini: regem adoravit, non lignum utiq; qui a hic
 gentilis est error, sed adoravit illum, qui pependit in ligno. Excipit
 Bellarminus, Ambrosium hoc velle, crucem non adorari pro-
 pter se, sed propter Christum. Verùm resp. sunt nimis mani-
 festa & clara verba: non lignum utiq; adoravit: nam hic gen-
 tilis est error. Excipit 2. obiiciendo alium locum ibidem:
 Sapienter Helena egit, quæ crucem in capite Regum levavit, & col-
 locavit, ut crux Domini in Regibus adoretur? & Suspecta ibi Am-
 brosius est fidei: Dicit enim Helenam clavorum galeæ alios,
 alios freno equi indidisse, unde sanè parum laudis retulisset, si
 clavos sacro sanctos quotidie in os bestie iniici voluisset. 2.
 concedamus, sic ita: fecerit hoc Helena, sed nil probat,
 verùm tantùm superstitionem religiosula muliercula recenset.
 3. loquitur de curatione civili. Hieronymus in c. 3. Dan.
 Cultores Dei imagines adorare non debent: Ubi in genere de i-
 maginibus, non tantùm de regum, vel fictitiorum Deorum si-
 mulacris loquitur. Augustinus de mor. Eccles. c. 36. No-
 vi picturarum adoratores. Gregorius l. 9. Epist. 9. ad Sere-
 num: Quod sanctorum imagines adorari vetuisti, omninò lau-
 damus: fregisse verò reprehendimus. Et l. 3. Epist. 53. Scio, quòd
 imaginem salvatoris non ideo petis, ut quasi Deum colas, sed ob re-
 cordationem filij Dei in ejus amore recalescas. Et l. 7. Epist. 109.
 Per venit ad nos, quòd fraternitas vestra quosdam imaginum a-
 doratores ad spiciens easdem imagines confregit atq; projecit. Et
 quidem zelum vos habuisse, ne quid manufactum adorari possit,
 laudavimus, & c. Tua igitur fraternitas & illas servare, & ab il-
 larum adoratione prohibere debuit, & c. 2. quia disertè inter-
 dicunt, ne qua Dei fiat similitudo. Clemens Alexandrinus l.
 6. Strom. Nobis nullum est simulacrum in mundo: quoniam in
 rebus genitis nihil potest Dei imaginem referre. In parænetico:
 Nobis

Nobis non est imag. sensilis de materia sensili, sed que percipitur intelligentia. Deus enim est, qui solus verus est Deus: intellectu percipitur, non sensu. Lactantius l. 2. c. 2. Dei, cuius spiritus ac numen ubique diffusum abesse nunquam potest, semper ubiq. imago super vacanea est. Sed verentur (inquit) ne omnia eorum religio vana sit & inanis, si nihil in presenti videant, quod adorent, & ideo simulacra constituent. Sed simulacrum Dei, quia à similitudine nomen habet, non illud est, quod digitis hominis ex lapide aut are alià ve materia fabricatur, sed ipse homo. c. 19. Deus non in ima, sed in summa regione quaerendus est: quare non est dubium, quin religio nulla sit, ubicunq. simulacrum est. Eusebius l. 3. præp. Evang. Quid simile habet corpus humanum menti Dei? quis tam amens erit, ut Dei formam & imaginem statuâ viri simili referri per bibeat? Damascenus l. 4. de fid. Orrh. Summa insipientiæ & impietatis est, divinum numen figurare. Hieronymus in c. 40. Esa: Quam imaginem ponetis ei, qui spiritus est, & in omnibus est, & ubiq. discurrit, & terram quasi pugillo continet? Athanasius in or. con. Greg. Sabell. Stulti & vecordes Deum corporalibus rebus assimilant. Quod si pingere Dei imaginem non licet, quanto minus adorare illam licebit. Fuerunt autem patres picturis & figuris hisce ideo iniqui ores, quia ex gentilismo nuper ad Christianismum conversi arbitrabantur Deum rectè etiam per simulacra coli posse. 3. quia ei idola definerunt absolutè eam, quâ honor Deo debitus creatura tribuitur. Tertullianus lib. de idol. c. 1. Idololatria fraudem Deo facit, honores illi suos denegans, & alijs conferens, ut fraudi etiam contumeliam jungat. Ambrosius in Epist. ad Eph. c. 5. l. 1. c. 1. Idololatria est, que Dei honorificentiam usurpat, & vendicat creature. Augustinus l. 1. c. 6. idololatrias dicit illos, qui simulacbris eam servitutem exhibent, que debetur Deo. Beda in c. 4. Luc. Idololatriæ nuncupantur, qui vota, preces, & sacrificia, que vni Deo debuerant, idolis impenderunt. 4. quia idolatriæ & hæreseos accusant eos, qui id, quod non est Deus, sive per naturam, sive per unionem hypostaticam, adorabant, ut su-

pra probatum de Carpocratianis, Collyridianis, Christiano categoris, Arianis, Nestorianis, &c. Hisce adjungimus Concilium Francofordiense anno 794. à Carolo Magno propter hæresin Felicis convocatum, in quo convenerunt Episcopi, Sacerdotes, Abbates, & Monachi ex Gallia, Italia, & Germania. Aventin. l. 4. annal. Boio. Regin. l. 2. Blond. l. 1. dec. 2. Hoc inter εἰκονομάχας & εἰκονοκλήτας medio incedens tramite, imaginum usum historicum licitum esse decrevit, cultum & venerationem religiosam tanquam idololatriam prohibuit.

Testimonia, quæ Bellarminus producit, solutu sunt facilima. Nam Synodum Nicænam anno 788. habitam quod attinet, sciat, nos illam planè non approbare & opponere Francofordianam. Nec quicquam refert, quòd illam generalem esse dicit, & præsentem fuisse legatos Pontificios. Testimonium Basilij, quod tale: *Historias imaginum illarum adoro, & palam adoro: hoc enim nobis traditum est ab Apostolis sanctis, ideoq. non est prohibendum &c. supposititium est, & falso Basilio adscribitur, siquidem (referente Chemnitio) nullibi in omnibus Basilij scriptis reperire licet, nec ipse Bellarminus indicat, ubi habeatur, sed tantum ex Adriani Exemplari citat. Chrysostomus dicens: (Sacerdos ad imaginem Christi caput inclinat) non approbat adorationem religiosam, sed eternam honorificentiam, quam nos imaginibus non denegamus. Ambrosij dictum serm. 10. in psal. 118. (ubi ita: Qui imaginem coronat Imperatoris, utiq. illum honorat, cujus imaginem coronavit, & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori utiq. fecisse videtur injuriam,) per crimè falsi huc applicatur, quia per simile istud non imaginum cultum, sed Christi venerationem cum patre eandem probare voluit. Augustinus l. 3. de Trin. c. 10. loquès de signis sacris, (sed quia hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religiosa possunt habere: stuporem tanquam mira non possunt) nō hoc innuit, quasi Baptismus & reliqua sacra signa sint adoranda, sed religiosum illis cultum deberi dicit, i. e. qui externâ*

externâ reverentiâ assignatur rebus sacro usui destinatis. Quæ
verò connexio è Paulini in natat 10. Felic. ubi ita: *Mira-
murq; sacras, veterum monumenta, figuras &c. dicto si imma vi
contorta: Sacras vocat figuras. E. religiose sunt adoranda?* Sic
Gregorius l. 7. Ep. 5. loquitur de *veneratione externa, quam
nos lubenter concedimus. Verba enim ita habent ad Jan.
Episc. Caralit. de imag. B. Mariæ, & cruce è Synagoga
Judæorum auferendis: His hortamur affatibus, ut sublata
ex inde cum ea, qua dignum est, veneratione, imagine atque
cruce, debeat is quod violenter ablatum est, reformare. Non ne-
gamus autem, rate Gregorij nimium imaginibus tribui, &
seminaria secutura superstitionis spargi cepta esse, dum ante e-
imagines Christum ipsum adorare cæperunt, sicuti id e-
videns est ex l. 7. Ep. 53. ad Secundinum. Damasceni au-
thoritatem non acceptamus, utrore qui re ipsa Iconolatris
se favore demonstravit, & à Synodo Constantiana ob id
damnatus est: quærimus autem nos de cana antiquitate
proximè post ipsa Apostolorum tempora subsecutâ.
Tritum illum versiculum: *Electe genu, lignumq; crucis vene-
rabile adora,* quod attinet, falsò ille Lactantio adscribitur,
utpote qui floruit sub Diocletiano, & ad principatùm
Constantini Imperatoris in senectute pervenit, quo
tempore nullæ adhuc dum *imagines in oratorio Christiano-
rum admisse* fuere. Quinimò Lactantius summo fervo-
re *contra imagines depugnavit* in Institut. suis ad Constant.
ubi argumenta proponit generalia contra *quemvis idolo-
rum cultum* l. 2. c. 2. 4. 7. 17. 18. 19. l. 6. c. 2. 25. &c. Sedulij
carmen: *Neve quis ignoret speciem crucis esse colendam:* poëti-
ca est *rhetoricatio, non propheticum vel Apostolicum oraculum.*
Rhetoricationes autem illæ *morvent tantùm & delectant,*
non *probant.* Dicitum Ambrosij l. de incarn. Dom. Sacr.
e. 7. *Nunquid cum in Christo imaginem Dei, crucemq; venera-
mur, dividemus eum?* ab ipso ita explicatur, quòd fermosi-
bi sic de *adoratione divinitatis & carnis in Christo.* Hierony-
mus*

mus de Paula memorans, quòd prostrata ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adoravit; SUPERSTITIONEM religiosam recenset. Testimonium Athanasij qu. 16. ad Antiochum, ubi dicit: Christianos potius facere & colere imagines crucis, quàm lanceæ vel spongia, quia si Ethnici dicant, nos colere lignum, mox duobus lignis crucis disunctis figuram crucis destruimus, nec amplius veneramur; non est genuini Athanasij, siquidem ipse Bellarminus testatur l. de script. Eccles. questiones ad Antiochum Athanasij esse non posse, quia author citet Athanasium Magnum qu. 23. Allegat etiam Theologiam mysticam Dionysij, quæ Athanasij seculo ignota fuit, attestante Sixt. Senens. l. 4. Et Athanasius ipse alibi dicit: imaginum inventionem non de bono, sed de malo extitisse.

Quintum membrum primi & generalis nostri Syllogismi est, quòd nostra de imaginibus sententia ^{quod quibus habeat} multos saniores Pontificios, qui vel omnem illum religiosum cultum, vel nimis crassam, quæ circa idola exercetur, idolomaniam animatus detestantur. Polydorus Vergilius l. 5. de invent. rer. c. 13. dicit, imagines propositas esse partim memorie retinende causa, partim studio incendendi ad virtutem animum illorum, qui imagines intuentur. formamq; cultus his exprimi versibus ait: Nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa: Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsa. Illam autem adorationem, peregrinationem ad hanc vel illam statuam, remunerationem idolorum, &c. planè improbat, quando inquit: Ceterum illud atq; ad eo desiderari possèt, ut sacerdotes frequentius populum docerent, quoniam pacto deberet & venerari ejusmodi imagines, & apud eas sua offerre donaria, quod quia illi tacent, & vulgo ex suo usu tacere putantur, id circò eò INSANIÆ inventum est, de hac PIETATIS pars parùm diff'rat ab IMPIETATE. Sunt enim benè multi rudiores, stupidioreq; qui saxæas, vel ligneas, marmoreas, æneas. seu in parietibus pictas, varijsq; coloribus l'itas imagines colunt, non ut FIGURAS, sed per inde, quasi ipsæ sensum aliquem habeant, & ijs magis fidant, quàm Christo, vel

vel alijs diuinis, quibus dicata sunt. Quis sit, ut stultitiam stultitia
 cumulant, illi offerant aurum, argentum, annulos gemmas,
 omnifariisq. gemmas ibidem senio perituras: Et ut ad faciendum
 plures inescantur, illi qui talem segetem metunt, nummos profe-
 rant, filiq. pendentes in collo aut manibus ipsarum imaginum su-
 spendant, donaria in locis conspicuis egregie collocent, titulosq. ap-
 ponant, quod nomina offerentiū & Dijs & hominibus notiora fiant.
 Sic bona pars hominum per hac magis delirare inducitur, ac in su-
 per longa aliquoties itinera conficere, ut vnā imaginūculam a-
 deat, ibiq. donaria sua relinquat, pratermisso cuncto alio, aut pie-
 tatis aut charitatis officio, rat a se omnino se largitionis fecisse, sat
 penitus, si inter itionem lautius victitando aurum obtulisset, in
 cuius vti thecam numariam inde iturum. Quam igitur sapiētius,
 quam religiosius est ea ratione peregrinari, ut corpus labore do-
 metur, sic ut cogatur rationi seruire, & imagines venerari, ut
 mens ad Deum protinus dirigatur, ac dona dare, que pauperibus
 vsui esse possint, &c. Clarior est Iohan. Casp. Rutlandus in
 loc. comm. Theol. t. 14. de imag. Christiani imagines Chri-
 sti, B. Virginis & sanctorum, habent, tanquam MEMORIALE
 ut nos admoneant, &c. Quod si autem alicubi esset imago, ad
 quam rude vulgus accurreret, ut eam ADORARET, & apud eam
 AUXILIUM quaereret, hanc debet magistratus ejus loci tollere, &c.
 Debent etiam predicatores populū rudem & superstitiosum in-
 formare, ne putent imaginibus aliquid diuini numinis inesse, &
 idē eis magna superstitione peculiare cultus & honores tribuant.
 Liber quidem per se est imaginum vsus, modo caveatur abusus &
 superstitio, quæ hactenus seruat a est apud vulgum in statuīs Chri-
 sti & sanctorum, quæ superstitio debet per concionatores corrigi
 & emendari, non tamen vsus imaginum omnino tolli debet è tem-
 pli, &c. Cornel. Agripp. de vanit. scient. c. 57. Dicitur non
 potest, quanta idololatria apud rudem vulgum alatur per imagi-
 nes. Ethnici cum ad Christi religionem conuersi erant, in Eccle-
 siam nostram simulacra & multas steriles ceremonias introduce-
 bant, quorum OMNINO NIHIL est apud primos illos. & ver è
 I C bri-

Christianos. Cassander in consult. ad Maximilianum & Ferdinandum Imperatores in loco de imag. *Ad imagines sanctorum quod attinet, certum est initio prae dicati Evangelij aliquanto tempore inter Christianos, praesertim in Ecclesijs imaginum usum non fuisse, ut ex Clemente & Arnobio patet. Quantum autem veteres initio Ecclesia ab omni veneratione imaginum abhorruerint, declarat vnus Origines aduersus Celsum: Impossibile est, ut qui Deum colit, fiat supplex statuis, &c. Nec valebat tunc illa ratio, quae à non nullis obtendi solet, honores istos non simulachris, sed ijs, quorum speciem representabant, deferri. Hic enim color à paganis quoque, asferri solebat, &c. Neg. verò satis esse videtur, si conditionibus & admonitionibus populus ab illis erroribus aduocetur, nisi etiam Principum & Episcoporum curà communiter id efficiatur, ut quàm minimà perturbatione fieri potest, huiusmodi errorum Occasio prae scindatur. Quamdiu enim serico, auro, & gemmis ornata statua in templis & aris constituentur, superstitionis finis sperandus non est, &c. Breviter & scite moderatam de imaginum usu sententiam expressit Carolus l. 4. aduer. Syn. Græc. c. 9. Imagines nil, si non habentur, derogant: nil si habentur, prerogant, cum tamen abdicatæ quandam incautam levitatem asserant: adoratæ verò culpam inurant, &c. manifestius est, quàm ut multis verbis explicari debeat, imaginum & simulachrorum cultum nimium inualuisse, & affectioni seu potius superstitioni populi plus factis indultum esse, ita ut ad summam adorationem, quam pagani suis simulachris & imaginibus effingendis & exornandis admiserunt, nihil à nostris reliqui factum esse videatur. Quare & prudentes in Ecclesia Catholica viri jam olim modum aliquem huic rei ponendum & superstitioni occurrendum esse censuerunt, in quibus fuit Guilelmus ille Durandus, Episcopus Moldensis de modo Concilij generalis celebrandi, &c. Huc refer, quòd recentiores Pontificij concedunt, idololatriam eamque crassissimam committi, si imagines colantur eodem cultus genere, quo prototypum seu exemplar,*

plar,

plar, Dei videlicet & Christi λαλσεια, Maria υπερδουλεια, & sanctorum caterorum δουλεια, in qua tamen opinione Thomas Aquinas, & omnes ferè scholastici fuerunt, & sic majores suos, quorum quidam canonizati sunt à pontificibus, condemnant, & de horrendo ειδωλομανείας crimine inculant. Quòd verò adhuc dum ad splendidissimos veritatis cælestis radios oculos claudunt, eiq̄ cedere nolunt, auctoritate Anticristi Romani revocantur, ut & præbendis, collaturis, Episcopatibus, Archiepiscopatibus, Abbatijs, &c. & sic αυτοκατάκρηστοι οφεις accumulunt sibi iram in diem iræ, nisi resipiscant, & ad gremium Ecclesiæ redeant, quod ut fiat, faxit Deus Opt. Max.

Sextum & ultimum probationis membrum est hoc, quòd cultura imaginum, pontificijs familiaris & consuetæ, SAPIAT GENTILISMUM. Sicut enim Ethnici, idola sua, ita est pontificij hodiè imagines, statuasq̄, Dei, Mariae, & sanctorum venerantur & honorant, nomen prototypi imponendo, singularem numinis presentiam affingendo, sertis & coronis ornando, vestimentis induendo, circum gestando, in loco sublimi constituendo, altaria erigendo, templa & delubra extruendo, sacrificulos calibes & rasos præficiendo, cantando, epulando, sacrificando, osculando, supplicando, votendo, & jurando, adeò ut ovum ovo non sit similis, nec lac lacti, quàm hæc veneratio pontificia cultui gentilium, nisi fortè hæc sit differentia quòd illa crassior, hæc verò subtilior indigitari queat idololatria: illi interdum veritatem ingenuè confessi sunt, idolis se aliquid numinis, sanctitatis, divinitatis tribuere; hi verò crassis superstitionibus σοφοῖς φαρμάκος mederi καὶ τὰ σκληρὰ μαλθακὸς λέγειν, tamen ipsos nervos superstitionis retinere soleant. Cum primis verò in hoc conveniunt, quòd ut illi certorum beneficiorum elargitionem huic vel illo Deunculo vel Deuncula assignarunt, juxta illud Tatiani contra Græcos: *Gentes res certas à Dijs certis postulant.* Arnob. l. 2. cont. gentes: ita hi quoq; alia atq̄ alia beneficia ab alijs sanctis expetunt &

ut verè dictum sit à Theodoro de Evang. verit. cogn. 1. 8. pro Prandys & Diasijs & Dionysijs, h. c. Jovis Liberiq; patris solennitatibus, Petro, Paulo, Thoma, Sergio, Marcello, Leontio, Antonio, Mauritio, alijsq; sanctis Martyribus solennitates populari epulo peraguntur. Hinc Nicolaus in mari periclitantibus sub venire creditur: Rochus verò pestem depellere, &c. Unde fluctibus qui circumagitantur, & submersioni proximi sunt, Nicolaum precibus sollicitant, eique lampades & cereos vovent, non Rocho: & contra, in quos grassatur pestis, Rochi supplices adeunt, non Nicolai imaginem seu statuam. Locum ergò gentilium Deorum occuparunt Divi papi-
 colarum, ut & statuæ eorundem, juxta versiculum: *Ut Martem Latij: Sic nos te Dive Georgi, &c. Apollinis* ergò loco, substituerunt *Sebastianum & Rochum: Neptuni, Nicolaum & Christophorum: Martis & Bellona, Martinum & Georgium. Liberi seu Bacchi, Urbanum & Medardum: Castoris, Valentinum: Minerva, Catharinam: Junonis, Margaritam & Annam, &c.* Ad horum statuas & imagines decurrunt, si adversis premantur: horum simulacra plurimis onerant muneribus, ut eos propitios sibi reddant & propensos. Hinc Greg. de Valentia disp. 6. quæ. 11. p. 6. dicit: *Singulariter quibusdam in locis, quasdamq; imagines venerantibus solisum esse Deum preclara impertiri beneficia.* Sylv. l. 2. comm. *In Ecclesia D. Mariae Prunetanae agræ Florentinæ est imago virginis, quam miræ religione venerantur populi, tanquam pluvia, serenitatisq; donatricem, cum necessitas ingruit.* Quemadmodum etiam Ethnici certis provincijs, certos proficiebant Deos: ita quoq; Pontificij præfecturas regionum, provinciarum, & urbium inter sanctos suos distribuerunt. Georgius præcipuè cultus est in Germania, ut tutelaris Deus, Uladislaus in Ungaria, Ludovicus & Michaël in Gallia, Wenceslaus in Bobemia, Thomas in Anglia, Jacobus in Hispania, Stanislaus in Polonia, Leonhardus in Bavaria, Andreas in Burgundia, Jodocus in Flandria, Gallus in Helvetia, Utilius in Asia, Petrus & Paulus (lo-
 co Re-

co Remi & Romuli Romæ, Genoveva Parisiis, Marcus Venetijs, Ambrosius Mediolani, tres Reges & Ursula cum 11000. virginibus Colonia, Udalricus Augusta, Stephanus Vienna, Job Wessimalij, Ruprechtus Salisburgi, Cilianus Herbipoli, Henricus Bambergæ, Bennus Misnia, Author Brunsvigæ, Severus Erfordia, Ursus Soloduri, Leogarus Lucerna, Treuus Slesstadij, Veltinus, Rufaci, Urbanus Ensbemii, Cyriacus Altorfi, Georgius & Jacobus in nostra civitate, &c. ut quod de Judæis idololatriis olim conquestus est Deus, ad Pontificios meritò accommodetur Jer 2. v. 28. Pro numero civitatum tuarum sunt Dii tui. Quemadmodum etiam apud gentiles Venatores patrona utebantur Dianâ: fabri, Vulcano: Medici, Apolline & Æsculapio: Oratores, Mercurio: meretrices, Venere, & Cupidine, &c. ita nunc nominibus tantum mutatis, venatores venerantur imagines & statuas Huprechtii & Eustachij: Medici Cosmi & Damiani: Sutores Crispini, & Crispiniani: molitores Arnoldi: pictores Luca: fabri lignarij Eulogij: sutores Gutmanni: mulieres Severini: Scorta Abra & Magdalena. Panem apud Ethnicos Pastores venerati sunt: hodie apud Pontificios bubulci & ἰπποβοσκoi exornant & remunerantur statuas Loij: bubulci Antonij: ἰπποβοσκoi Gallicani altos Hundprechtii & Wendlingi: mures & rattos (uti vocant) turatur Gertrudis. Loco gentilium Medicorum, Apollinis, & Æsculapij, qui omnibus mederi morbis poterant, singulis singulos posuerunt Deos morbis, & ad illorum simulachra malè habentes remittunt. Johannes & Valentinus epilepticis medicam admovent manum: ille quoq; ἰοπώρας: Antonius igne ambustus: Rochus peste correptus: Marcus subitanam arcet mortem: Cosmianus & Damianus ulcera curant: Jobus morbum Gallicum: Apollonia dolorem dentiũ: Clara opthalmiam: Agatha papillarum dolorem: Margaretha obstetricatur cum S. Notburga: Petronella febricitantibus adest. Quemadmodum denique corporis humani partibus præfecta sunt à gentilibus

feu 12. signa zodiaci: ita remotis illis supposuerunt suos Divos. *Ostilia*, arietis loco, dominatur *capiti*, cui famulantur *Catbarina*, lingua, & *Apollonia*, dentium imperium tenentes: *Collo* præfectus est *Blasius* loco tauri: geminorum, cancri, & leonis munia in tergo & *humeris* obit *Laurentius*: *Libræ* & *Scorpionis* substitutus est *Erasmus* in curandis *intestinis*: *Burckhardus*, *Rochius*, *Quirinus* & *Jobannes* expulerunt sagittarium, capricornum, aquarium, & pisces, ipsorumq; vices gerunt *infemore*, *genu*, *tibijs* & *pedibus*. Ex quâ sanè ^{ἀποδείξει} & religiosa simulachrorum veneratione clarissimè constat, *Pontificios in locum idolorum gentilium tantum mutatis nominibus alios Divos substituisse*, & proinde à clarissimâ ^{εἰδωλολατρείαν} crimine vindicare se nullò modo posse. Hæc in genere de imaginibus dicta sufficient: jam in specie de crucis veneratione Bellarminum dissertantem audiemus.

II. Membrum de veneratione crucis.

Non est necesse, ut hic pro ^{ἡ ὀρθόδοξη} nostræ orthodoxæ sententiæ operosè argumenta conquiramus: nã ex suprà dictis generalibus facile colligi potest, quid sentiamus de *religiosa crucis adoratione*, illam vid. esse ^{ἡ θεολογικὴν, εἰδωλολατρείαν} & proinde meritò ab omnibus veræ Ecclesiæ membris respui. Super est ergo, ut quæ à Bellarmino specialiter pro *confirmatione hujus cultus* adducuntur, ^{ἀνασκειασικῶς} consideremus, & vanitatem eorum demonstremus. Agit autem primò de *ipso ligno crucis*; secundò; de *crucis imagine*; & tertio; de *signo crucis transeunte*. Cultum ipsius crucis probat i. ex scriptura, quæ testatur *Christum non crucifixum casu, vel invitum, vel propter sua peccata, sed ipsum sponte elegisse crucem* Esa. 53. v. 7. Job. 10. v. 18. Act. 2. v. 23. c. 4. v. 28. *Et elegisse ut altare summi sacrificij, quo placaretur Deus, quia ipse est sacrificiū: ut scalam sibi ipsi ad regnum* Job. 12.

Job. 12. v. 31. 32. Phil. 2. v. 8. 9. ut instrumentum liberationis humana, quod patet ex typis, ligno vite in paradiso. Gen. 2. arcà lignea Noë domum ejus salvante. Gen. 7. virgà Moysi aperiente mare. Exod. 14. ligno aquas dulces reddente. Exod. 15. & præcipue serpente anco, excitato in deserto. Num. 18. ut instrumentum, quo Diabolum vinceret, ac de eo triumpharet Col. 2. v. 14. 15. ex quo sequitur, crucem illam veram mirificè à Deo fuisse honoratam, & nobis omnibus amabilem & venerabilem esse debere. Syllogismus potest esse talis. Quicquid Christus specialiter elegerit, ut sit sibi altare summi sacrificij, scala ad regnum & instrumentum liberationis generis humani, illud utiq; honorabile est & venerabile. Talis est crux. E. utiq; adorari debet. R. ad Majorem. Honor vel est religiosus, vel externus, civilis & politicus. Si de illo loquitur, nego consequentiam ob fallaciam Bellarmino familiarissimam *antis*. Nam hæc omnia nondum sunt adæquata causa, cur religiosè statim colatur crux. Si de posteriore, concedimus propositionem, & sic plus est in conclusione, quàm in præmissis. 2. Ad minorem, ejusque 1. primum membrum de electione crucis. Illud aut hoc vult, Christum ab æterno decrevisse, à Judæis sine respectione vlla pravitatis & propria voluntatis ipsum ad hoc supplicij genus damnaturæ pro salute generis humani crucifigi, & sic Judæos non potuisse non Christum cruci affigere, Judam non potuisse non magistrum suum prodere, Pilatum non potuisse non quamvis in fontem condemnare, & sic negamus hanc propositionem. Nullâ enim Dei instigatione ad illud compulsi sunt Judæi, quippe qui mille, imò infinitos alios habebat modos occidendi filium suum, vel sicut Moysen, vel per feras sicut bircum *σπορμπάιον*, vel per angelum, vel per ministerium etiam hominis, qui ex mandato divino sine scelere id facere potuisset. Nemo verò arbitretur, Deum cōdelectatum fuisse peccato Judæorum, siquidem, ut Prosper canit: *Actio displicuit, passio grata fuit.* Nec aliud innuunt dicta, quæ loquuntur de R E, M O R T E sc, Christi pro humano genere,

non

non de MODO rei sc. per affixionem ad crucē per Judæos perpetranda. Vel subinfert, Christum non coactum ex liberissima voluntate Patris voluntati se subjecisse & obedientem ei fuisse usq; ad mortem, mortem autem crucis, nec occasionaliter (ut Photiniani delirant) tantum mortuum esse, & si voluisset, potuisset se manibus Judæorum subtrahere, & sic orthodoxa est: nihil tamen ad religiosum cultum probandum facit. 3. Secundum membrum facile concedimus: Tertium quòd *crux Christo fuerit scala ad regnum*, vel dicit, Christum exinanitionis tempore infinitam potestatem *ὑποσάσεως* communicatam non habuisse, & sibi ipsi quoq; per passionem aliquid meritum esse, & sic tanquam reijculum reprobamus, neq; unquam ex adductis locis hoc probabitur, siquidem Joh. 12. hoc significat Christus, per passionem suam in cruce se contrituum caput serpentis, & totum genus humanum ab aeterna morte liberaturum. Phil. autem 2. c. vox *ἰδὸν* non est *ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, sed *ἐκ βάλτου* uti in disputationibus de majestate Christi demonstratum. Vel sub infert, Christum in statu exinanitionis divinam communicatam potentiam schemate servili texisse, & reflexivè quò ad propriam carnem inbibuisse, ut pati & mori posset; post opus autem Mediatorium completum removisse servilem figuram, & plenario Majestaticè glorioso modo universa regere cæpisse, & sic vera est sententia, quam vis loquendi modus non sit ex *ὑπερβασιολογίας*, nec facile admitti possit. 4. Quartum membrum quòd *crux fuerit instrumentum liberationis nostræ*, aut indicat, per crucem Christum nos liberasse à morte, sicque Deo Patri reconciliaisse, atq; ita negatur; siquidem nihil cooperata est crux principali causæ vel ad salutem, vel ad victoriam obtinendam cōtra Diabolum. Exempla quod attinet, illa allegorica sunt & mystica: & proinde dogma aliquod probare non possunt: vel Christū in cruce liberaisse genus humanū ostendit, quod conceditur, non autem ex inde sequitur, crucem religioso cultu esse prosequendam. 5. eadem respon-

sponsio militare in quinto, quod *cruce Diabolum vicerit*, & de eo *triumpharit*. Aut enim docet, *per crucem Diabolum devictum esse* & sic fallitur Cardinalis. Non enim *per crucem*, sed *per passionem & mortem in cruce factam*, Christus Diabolum pedibus subjecit: Aut dicit *in cruce Sathanam spolys exutum esse*, & sic veritati congruit. Desideramus autem consequentiae rationem: *In cruce vicit Christus Diabolum: E. crux est adoranda.*

Secundum argumentum format Bellarminus à mysterijs in ipsa cruce significatis. Osendit enim crucis figura, quae sit latitudo, & longitudo, sublimitas & profundum Epb. 3. quae significant: 1. totam perfectionem Christianam: profundum, fidem, sublimitas, spem, latitudo, charitatem, longitudo, perseverantiam. 2. Christi passionis effectum. Nam lignum supremum significat caelum Christi passione apertum, & Deum placatum: lignum sub terra infixum infernum evacuatum, & Diabolum devictum: lignum transversum respiciens ortum & occasum totum orbem terrarum redemptum. 3. duo brachia crucis sub uno titulo salvatoris significant duos populos sub uno capite Christo inter se connexos, juxta illud Johan. 12. Item Minutium Felicem in Octavio, & Ambrosiū serm. 56. asserere, crucis figuram naturaliter esse salutarem. Nam aves nunquam volarent, nisi expansis alis crucis formam imitarentur: & navis non moveretur, nisi ex malo & antenna crux fieret: & arator terram non scinderet, nisi ex aratro & sivea crucem faceret. Quin & Aegyptijs hieroglyphicis characteribus crux vitam venturam notabat. Ruffin. l. 2. hist. c. 29. Syllogismus potest esse talis: Quicquid plurima continet mysteria, illud adorandum est. Crux talis E. & I. ad majorem, illam itidem *adorandam* ob fallaciam eandem causa. Quae enim sequela: Serpente cuncta plurima adumbrantur mysteria. E. adorandum est? Pontifici quidem concedunt, contrarium autem supra demonstratum est. Paradisus terrestris plurimas continet significationes mysticas. E. religioso prosequendus est cultu. Sole magna & mirabilia significantur mysteria. E. jure merito is

done idololatria crimine adorari potest, & debet. Dignus sanè est Bellarminus, qui Patronus sit in novissimo & extremo iudicio Gentilium, quando à iusto iudice infelicem ferent sententiam, eò quòd adorarint militiam cali. Dicit enim, eos ob mysticas contemplationes coram Solis idolo se prostravisse. 2. ad minorem; Allegoricæ illæ significationes piæ quidem sunt, & artificiosè à Patribus adinventæ: non tamen nituntur sacrarum pagellarum testimonio, & proinde ad probanda dogmata adhiberi planè non possunt. Non enim sacra scriptura ad crucis lignum allegorias illas applicat. 3. nonne ex arena funiculos ducit Bellarminus, quando ita infert: *Figura crucis naturaliter est salutaris. E. signum crucis religiosè est colendum?* Præterquam enim quòd antecedens de signo, consequens autem de ligno crucis loquitur, planè elumbis, imò nulla est connexio. Idem enim est, ac si dicerem: *visus sit secundum lineam rectam. E. recta lignea adoranda est. Arator vomere non acuminato glebas scindere, & terram sulcare nequit. E. acuta figura veneratione digna est. Penna Bellarmini literas non format, nisi medio scissa. E. illa scissio religioso est excipienda honore, cuius beneficio tam lucubratissima edidit scripta.* Adde quòd Minutius nil de usu crucis dicit, sed ratione figure exponit. Verba hæc sūt: *signum crucis naturaliter vidimus in navi, cum velis tremantibus vebitur, cum expansis palmulis labitur, & cum erigitur iugum, crucis signum est.* 4. nec quicquam ex hieroglyphicis characteribus probari potest. Multæ enim figure fuerunt adhibitæ, quæ à nullo tamè religiosè sunt exceptæ veneratione.

Tertium argumentum petitur ex inventione crucis, ex qua multiplex testimonium sumitur, quod veneratio crucis Deo placeat. 1. ipsa inventio crucis non est adæquata causa, cur statim religiosè colenda & adoranda sit. Nam alij sunt fines, ob quos manifestari potuit, nim. Confirmatio doctrine de Christo crucifixo, quæ passim tunc toto orbe spargebatur. Cum enim Ethnici passim de hac doctrina dubita-

rent,

rent, quidam etiam planè inficias irent, placuit Deo per demonstrationem crucis ipsius, veritati testimonium perhibere. Quæ verò consecutio: Deo placuit adinventio crucis. E. illa religiosè colenda est: 2. Gelasius c. sanct. Rom. d. 15. de inventione crucis Dominicæ dicit: esse novellas revelationes, & nonnullos eas Catholicos legere. 3. Apostoli incusarentur refupinæ negligentia, quòd non vel saltem schidia aliquot de tam salutari reservassent cruce. 4. Jacobus Episcopus Hierosolymitanus, ut & Simon successor ipsius, parum religionis habuissent, si tam necessarium omisissent cultum. Videamus jam testimonia ex hoc argumento petita.

Primum est, quòd non permisit Deus illud lignum demergi vel flammis absumi. Quòd enim hostes Christianorum conati sint abolere crucem, ejusque omnia vestigia, patet ex eo, quòd altissimè crucem sub terram abscondiderunt, & in loco crucis, veneris simulacrum: in loco resurrectionis, Jovis: in loco nativitatìs, Adonitis posuerunt. Hieron. in Epist. ad Paulin. de inst. Mon. Cur quæso non cremarunt, cum vellent & possent, nisi quia Deus abstulit ijs mentem, ut ad solatium piorum lignum pretiosissimum servaretur. R. 1. è scriptura petenda, non ex ratiocinationibus inferenda est firma & dogmatica argumentatio. 2. est fallacia causæ. Mira à Dei providentiâ conservata est crux. E. religiosè colenda est: Idem est, ac si inferrem: Sacer codex mirandum in modum in omnibus conservatus est persecutionibus. E. venerabilis est. Concedit quidem Bellarminus, sed contrarium solidè probavimus suprâ. Opera Aristotelis, Ciceronis & aliorum Ethnicorum, sicut & Thalmudici Judæorum libri mirâ sollicitudine sunt asservati. E. venerabiles & religiosi. 3. adhuc sub judice lis est, an verum crucis lignum verè sit adinventum, siquidem demonstrari nequit, à quo, qua de causa in terram sit defossam, aut cur una quæq. abscondita sint cruce latronum, vel quid cause extiterit Apostolis & primitivæ Ecclesiæ, quòd non effuderint, & tantum remanere cum sacris codicibus equali cura asservarint. 4. falsum est, voluisse hostes Christianorum crucem ejusq.

vestigia abolere. Fidem mortis & resurrectionis opprimere & tollere voluerunt, ideoque eadem Veneris ibi loci extruxerunt. Audi Sulpitium Severū: *Ea tempestate Hadrianus, existimans se Christianam FIDEM loci injuriā perempturum, in templo ac loco Dominica passionis, Daemonum simulacbra constituit. Et Hieronymum ad Paulinum: Ab Hadriani temporibus usq̄ ad imperium Constantini, per annos circiter 230. in loco resurrectionis, simulacbrū Jovis: in crucis rupe, statua ex marmore, Veneri à gentibus posita celebratur, existimantibus persecutionis authoribus, quòd tollerent nobis FIDEM RESURRECTIONIS ET CRUCIS, si loca sancta polluissent per idola.*

Secundum testimonium est, quòd eo tempore crucem inveniri voluerit, quo tuto poterat coli, nim. ad initium imperij Constantini. Nam si antea reserata fuisset, regnantibus persecutoribus, magis ludibrio, quàm honore excepta fuisset: si autem diu post tempora Constantini fuisset inventa, fraudata fuisset sancta crux debito honore. Tum igitur demum divina providentia crucem manifestavit, cum primum potuit coli. 1. rursus committitur fallacia causa: Deus crucem revelavit eo tempore, quò coli poterat. E. adorari voluit. Imò alius fuit finis supra demonstratus. 2. potuit etiam à supersticioso erui, ut esset seminarium idololatriæ, à qua Deus penitus abhorret. 3. quæ consequentia: Crux persecutoribus durantibus fuisset exposita ludibrio & ignominia: Ideo, non fuit reseranda? nonne ipsa doctrina & Christus scandalum fuit Judæis: gentibus autem stultitia? E. reticenda fuit doctrina Evangelij, usq̄ dum sine ludibrio potuisset doceri? 4. quæ sequela: Non tuto poterat. E. abscondi debuit? Nonne ipsum exercituum religionis tuto administrari non poterat? an propterea omittendum fuit? absit! Imò in ipsis persecutionibus nomen profiteri Christus jubet. 5. Docet Bellarminus, primis quingentis annis in templis habitas fuisse statuas & imagines. E. & crux sine adeò magno discrimine haberi poterat, vel etiam privatim coli debuerat. 6. negatur tempore Constantini fuisse crucem adoratam.

Ter-

Tertium testimonium: quia per evidentia miracula demonstratum fuit esse veram crucem, & proinde crucis inventionem illam esse à Deo. Nam cum tres cruces simul inventae fuissent, nec plane crux Domini à crucibus latronum internosci, ad mota fuerunt omnes tres ad mulierem quandam in extremis agentem, & cum duae priores nihil egissent, tertia ad mota mulieri, mox illam reddidit sanam. Ruff. l. 18. bist. c. 8. Socrat. l. 1. c. 13. Theodoret. l. 1. c. 18. Sozom. l. 2. c. 7. Niceph. l. 8. c. 29. Hac & mortuum virum excitavit eodem tempore. Paul. epist. 11. ad Sever. Sever. l. 2. bist. sacr. Sozom. l. 2. c. 7. & eadem crambe apponitur, & committitur perpetua causae fallacia: Miracula edidit. E. religiose colendum est lignum crucis: Cadaver Elisaei, mortuum resuscitavit. E. venerabilia & honorabilia sunt ipsius ossa. 2. demonstratum est superius, miracula non esse apodictica probandi dogmatis media, cum & cum gentilibus atq; haereticis communis sit illorum editio, & Deus ipse admoneat ne admiratione eorum abrepti temerè credamus. 3. si facta concedamus miracula, nondum patet, an Deum auctorem habeant, an Diabolus, uti ita idololatriam spargeret, hac ratione hominibus illuserit. 4. si fuit à Deo, utiq; propterea, ut confirmet nostram doctrinam, Ethnicosq; confundat.

Quartum testimonium: Quia Helena non ex se incitata est ad crucem Domini quarendam, sed divinis admonita oraculis, testibus Ambrosio, Rufino, Paulino, Sulpitio. Vides nullitatem argumentationis: Helena divinis incitatur revelationibus ad quarendam crucem. E. inventa religiose coli debet? Nonne puder Bellarminum tam ridiculas & putridas nequiter consequentias. Quasi verò non propter confirmationem doctrinae verae & refutationem falsa id factum fuisset. 2. si concedamus, habuisse revelationes, unde patet divinas fuisse? nonne Enthusiastae & Anabaptistae adhuc hodie revelationes crepant? an ideo divinae sunt? si vera haec revelatio, cur Eusebius illam tacet, & ejusdem demum meminit Ambrosius, qui primus hac de seribit? Excipit Bellarminus:

nus: *impudentis blasphemia incusando Magdeburgenses, quod Helenam superstitiosam vocant.* R. verè talis est, quia dicit: *se abire Hierosolymam, ut adoraret in loco, ubi steterunt pedes Christi; cum adoratio non sit alligata certo loco, sed veri adoratores in spiritu & veritate adorent.* 2. si vera sunt, quæ Pontificij de Helena dicuntur, quis non religiosulam eam dicat; quod vnam crucis portionem tunc à inclusit argenteâ, & Hierosolymæ ad memoriâ illis visere cupientibus reliquit: alterâ misit ad filium, quamvis postea in foro posuit: *Clavorum alios regia cassidi inferfit: alios equi freno à bestia quotidie spumâ commaculandos indidit, ut filio essent instar aquæ vivæ.* Excipit. 2. Bell. Ambr. non esse antiquissimum hujus historia scriptorem, cum Sulpitius, Paulinus, Rufinus, Hieronymus, & Chrysostomus eandem recitantes æquales Ambrosij dici possint, cum eodem tempore vixerint, licet Ambrosius esset fortasse paulò senior. R. ergò si fuit paulò senior, primus fuit tempore, & proinde antiquissimus, cum tamen illa ætate, qua facta hæc dicuntur, nec vixerit, nec ipse narrata viderit. Fuisse autem seniore ipse Bell. testatur in lib. de scrip. Eccles. ubi dicit, *Ambrosium floruisse anno 374. Hieronymum & Rufinum anno 390. Chrysostomum anno 398. Paulinum vero & Sulpitium anno 420.* Excipit 3. Cyrillum Hierosolymitanum Ambrosio antiquiorem recitasse eam in Epist. ad Const. Aug. Idem, Constantinum ipsum Ambrosio similiter antiquiorem in Ep. ad Macharium, quam refert Euseb. l. 3. de vita Const. ubi sic habet: *Tanta est Dei nostri benignitas, ut nulla verborum officia presenti miraculo digna esse queant. Hoc enim admirationem omnem, stuporemque præterit, indicium tormenti sacratissimi tot annis humo sepultum usque dum interfecto communi hoste, libera familia apparuit ignorari, &c.* R. 1. magis Ambrosius *ὁ γυνώσκων* est Cyrillo, florenti circa annum 365. quam Sulpitius & Paulinus Ambrosio. 2. Epistolam Cyrilli spuriam esse, stylus subinfert, unde & Hieronym. l. de Script. Eccles. nullam ejus mentionem facit. 3. Constantinus loco citato non loquitur de *inventione crucis, sed sepulchri Christi*

Christi

Chriſti, quod tot annos latuerat, idololatræ ſacrario ſuper id extructo, & quiſquilijs & aggeribus, qui in illo fano habebantur, obruto, ubi ipſe ſplendiſſimum extruxit templum. 4. Excipit Jeſuvvita, Eufebium in Chronico hujus rei meminiffe: in libris autem de vita, Conſtantini non feciſſe de hac re mentionem, quia res erat notiſſima omnibus, & ſatis putabat eſſe, quòd eam attigiſſet in literis Conſtantini. 12. Chronicon Eufebij, Baronius teſtatur, eſſe mendoſiſſimũ, & tũ ab Hieronymo, tũ ab alijs variè adulteratũ Hieron. n. Latinũ fecit Eufebij Chronicũ, & ipſe fatetur, ſe multa inter transferendum addidiſſe. 2. non video, qua ratione ab Eufebio omitti potuiſſet in deſcriptione vitæ Conſtantini & Helenæ, ubi omninò omnia, quæ ad demonſtrandam eorum pietatem & pro religione zelum faciebant, recensuit: de crucis autem inventione ne gry quidem. Nec ratio eſt, quia omnibus notum fuerit factum: Aliàs enim omninò tacere eum oportuiſſet, ſiquidem & cætera eorum præclare geſta tunc temporis omnibus erant notiſſima. De literis Conſtantini reſponſum eſt modò.

Quartum Bellarmini argumentum fluit à *teſtimonijs Patrum*, qui paſſim referunt, quanto *deſiderio tenerentur fideles habendi aut certè videndi particulas veræ crucis*, quod ad *magnum crucis honorem pertinere nemo ignorat*. 12. de dogmatibus fidei *ſcripturæ* audienda & conſulenda, non *Patres*; ideoq; de ipſorum ſcriptis idem ſentimus, quod ipſi de aliorum ſenſerunt, de ſuiſq; ſentiri voluerunt, vid. ſi cum *Canonicis ſcripturæ libris congruant*, acceptando; ſin *diſconvenient*, cum pace eorum & ſalva honorificentia reſpuendo. 2. pleraq; dicta vel *ſuperſtitiones* hominum narrant, vel ſuprà *diluta* ſunt, vel de *externo politico* honore agunt, nec *latriam* ſeu *religioſum crucis cultum* ſtabiliunt. *Sibyllæ carmen* quod attinet, quod habetur l. 6. *carm. Sibyll. propè finem: O lignũ felix, in quo Deus ipſe pependit*, dignũ ſanè eſt, quod probet dogma hoc Pontificium. Mirum ni in illis, quæ ob Tarquinij combuſta ſunt avaritiam, carminibus plura

plura extiterunt ejusmodi testimonia, quæ opinione Pontificias, scriptura ignotas, nec ex ea probandas confirmarunt.

Quintum argumentum est ab exaltatione crucis. Constat enim ex Paulo Diacono, Lonara, & Cedreno in vita Heraclij, illum recuperatione crucis, quam Persa ex Hierosolymis abstulerant, divinitus adjutum ita ut etiam de celo Deus lapidibus grandinis pugnaret contra Persas, ut olim fecerat cum Josue. In ipsa etiam restitutione crucis in suum locum miracula quadam contigerunt. R. Iterum *avaxoλβia* ob causæ Elenchum: Crux exaltata est, & in ejus honorem festum institutum. E. est religioso adoranda cultu. 2. miraculosam recuperationem quod attinet, sive ita res sese habeat, sive non; nondum tamen demonstratum est ideò divinitus (si modo divinitus, & non ab alijs, ut idololatriæ semina spargeret) adjutum, ut veneraretur & religiosè coleret lignum crucis. 3. à miraculis non firmum duci ad probanda dogmata argumentum ex dictis constare potest.

Argumentum sextum: si locus, in quo Angelus stetit, terra sancta est Jos. c. 3. Exod. 3. cur non magis crux, ubi stetit Christus? si sudaria & semicinctia Pauli honorabantur propter contactu, cur non magis crux, Christi sanguine tincta per se? si Sacramenta honorantur, quia instrumenta gratiæ, cur non crux, que instrumentum est redemptionis? R. Ad 1. vide responsionem supra. Nos invertimus argumentum: Sic ut terra illa non fuit religiosè culta: ita nec crux. Quinimo si de arōdoicis hujus illationis sibi placet Bellarminus, & hanc quoque admittat necesse est legitimè inde deductam consequentiam, sicut terra illa tam diu sancta fuit, quam diu assistit Angelus Jehova, postea verò à quolibet viatore sine prophanationis crimine calcato conculcata pede: Ita lignum quoque crucis religiosum (ex sententia antagonistæ) cultum admittebat tantisper modò quantisper Christus in eo stetit, & sanctissimo suo corpore de eo pependit. Atq; ita propria vineta cædit Bellarminis,

nus, & Andabatarum more suo sibi gladio incautus jugulum petit. Ut interim taceam, quod nullibi ne unico quidem apiculo Christus Apostolis & turbæ dixisse legitur: *Solvite Calceamenta vestra, & deponite: Terra enim sancta est, in qua consistitis*, sicut de eo peculiari oraculo admoniti sunt *Josua & Moses*. Ad 2. *semicinctia & sudaria* Pauli non fuerunt adorata à quoquam. E. nec crux. Ad 3. *Sacramenta* (quamvis gratia sint instrumenta) non prosequimur religioso cultu. E. nec crucem, quæ non est instrumentum redemptionis, uti falsò fingit Bellarminus. Non enim per crucem redempti & salvati sumus: sed est ἕργον supplicij Christi: *In cruce enim Christus morti traditus est*. Hæc deligno crucis, in quo Christus pependit: jam ad SIGNUM permanens, seu imaginem ejusdem.

IMAGINEM CRUCIS honorabilem esse probat i. ex testimonio Matth. 24. *Tunc apparebit signum filij hominis in celo, ex qua apparitione miro modo venerabile redditur signum illud, i. e. crux*: &c. Consequentia rationem desideramus in omnibus Bellarmini argumentis. Quid enim minus sequitur ex hoc: *signum crucis apparebit in nubibus cali*: quàm illud esse adorandum? 2. non potest probari ex textu, intelligi crucis imaginem, & non potiùs Christum ipsum. At instat: omnes veteres ad unum exponunt de cruce, ut *Origines, Chrysostomus, Hieronymus, Hilarius, Theophylactus, Euthymus, Beda* in c. 24. *Matth. Cyrillus Catech. 15. Augustinus serm. 130.* &c. Nobis patrum testimonia non probationis, sed illustrationis loco sunt, & proinde nisi suffragetur sacræ pandectæ, ipsos dogmata asserere posse non concedimus. 2. ipsi veteres non ut certam, & necessariam, sed ut probabilem amplexi sunt hanc interpretationem. Nec quicquam probat Jesu vitta, quòd Ecclesiam, canere dicit in festo inventionis: *Hoc signum crucis erit in celo, cum Dominus ad judicandum venerit*. Ecclesie enim erranti ad stipulari nullo modo possumus. 2. ipsa quoq; canit: *O crux ave, spes unica, &c.* quod tamen idolola-

L

tricum

tricum esse ex superioribus patet. 3. Non Catholica Christi Ecclesia sed Romanensis, quæ collum Antichristi jugo supposuit, de cruce ista cantitat. Eiusdem pōderis est carmen Sibyllinum: *O lignum felix, in quo Deus ipse pependit, Nec te terra capit, sed cali tecla videbis. Cum renovata Dei facies ignita micabit.* Sacra scriptura demonstrat nobis fidei articulos, non gentilium carmina. Eodem referimus quoq; Thomæ Waldensis suffragium, qui authenticus nobis non est. Jam ad argumenta, quæ inde deducit ad probandū honorem crucis.

1. *Honorabilis est crux, quia ab ipso Christo vocatur signum eius i. e. vexillum Christi. Si enim vexillum Imperatoris milites adorant, ut patet ex Sozomen. l. 1. hist. cur vexillum Christi non adorabitur?* R. 1. nondum probatum est intelligi imaginem crucis Christi. 2. quæ sequela: *Est signum Christi E. adorandum?* Eclipsis Solis, Lunæ, terræ motus, pestes, bella, seditiones, &c. sunt signa adventus Christi. E. religioso cultu prosequenda; 3. Exemplum *Ethnicorum militum* non probat dogma fidei intra pomæria Ecclesiæ. 4. illi adorarunt civiliter vexillum Imperatoris. E. & nos crucem.

2. *Honorabilis est, quia in celo apparebit, loco nim. sublimi & honorifico.* R. Major, quæ hæc: *quicquid in loco apparet sublimi & honorifico, illud adorandum est* fallissimā omniq; rationi contraria est. Ethnici quando adorarunt reginam & militiam cali, Solem, Lunam, & reliqua astra, adorarunt ea, quæ sunt in loco illustri & venerabili. E. idololatriam non commiserūt, sed rectè potiùs fecerunt. *Cometa & reliqua ignita metcora* sunt in loco sublimi. E. religioso excipienda cultu. 2. minor est *xpivobisvov*, & adhuc sub iudice.

3. *Quia manibus feretur Angelorum.* August. serm. 130. Resp. Major, quæ hæc: *Quicquid Angelorum manibus portatur, adorandū est*, non nititur scripturæ fundamēto, sed nostri cerebelli imaginatione. Exinde enim licet inferre: *Omnes piorum anima portantur ab angelis in sinum Abrabæ. E. illa anima sunt religiosè colenda. Fideles in manibus feruntur ab angelis*

angelis, ne ad lapides offendat pedes suos. & sunt adorandi. 2. minor quoq; destituta est suffragio sacrarum literarum, & proinde nihil hac ratiunculâ concludet Robertus.

4. Quia splendebit clarius Sole, quod probant Augustinus & Chrysostomus, quia tunc apparebit & conspicietur ab omnibus, quando Sol & Luna & stella obscurata fuerint, ut patet ex Math. c. 24. Resp. Major rursus, quæ hæc. Quicquid clarius splendescit Sole, Luna, & alijs astris, illud venerabile est: fallit fallaciâ causæ. Tò enim splendescere non est adæquata causa cultus religiosi. Aliàs ita liceret argumentari, Corpora glorificata fulgebunt ut Sol in regno Patris Dan. 12. v. 43. E. erunt adoranda. 2. minorem non scriptura dicitat, sed homo, qui falli facile potest.

Secundum & tertium argumenta depromuntur à testimoniis sacrarum Conciliorum & veterum Patrum. R. Concilia & Patres tum demum nobis persuadent, si ex scriptura dictis evidentibus aliquid deducant: secus si sit: salva eorum honorificentia remittimus. 2. plurima patrum dicta civilem tantum & politicum cruci attribuunt honorem & reverentiam, quam nec nos ipsi denegamus.

Quartum Argumentum est ab APPARITIONE crucis & MIRACULIS ejusdem. Primò enim APPARUIT Constantino, hisce verbis: *intra viam*: Secundò suprà montem Olivetum tempore Constantij Imperatoris. Tertio tempore Juliani Apostata, qui eam persequabatur. Quartò tempore Arcadij, cum pro fide contra Persas bellum susciperet: Quintò apparuerunt crucis in vestibus hominum tempore Leonis Iconomachi. MIRACULA quod attinet, plurima, imò infinita produci possent exempla. Insigne est illud Hilarionis, quod refert B. Hieronymus factum apud Epidaurum. Nam cum mare egrederetur terminos suos, & periculum esset, ne civitatem obrueret, Hilarion in littore tres cruces pinxit: mare autem cum eò pervenisset, capit intumescere & in magnam altitudinem instar muri cujusdem excrevit sursum versus, quasi fremens & indignans, quod progredi ulterius

rius probiberetur: tandem crucis virtuti cedens, fluctus suos in seipsum retorfit. 2. iterum *ἀνορθωτός* est propositio hujus Syllogismi, quæ hæc: *Quicquid miraculose apparet in calo, illud adorandum est.* Nam ante adventum filij hominis apparebunt signa in Sole, Luna, astris, aëre, &c. quæ propterea non adorabuntur. Iris apparuit Noacho in signum gratiæ divine, & recordationis fœderis, quæ tamen ab ipso religioso non legitur culta honore. 2. Committitur fallacia Finis. Non enim propterea apparuit crux, ut adoraretur, sed ut confirmaret doctrinam Christi crucifixi, gentiles de veritate convinceret, Christianos quæ roboraret & stabiliret. 3. non ex apparitionibus & miraculis confirmatur doctrina, quod sæpius jam ad oculos demonstratum est Bellarmino, & dictis & exemplis. Et si quæ miracula facta sunt, non crucis, sed Dei virtute edita censenda sunt, qui respexit fidem suorum fidelium, eosque miraculose sæpe adjuvit.

Adde 4. quòd multa alto supercilio jaçantur miracula ad signum crucis facta, quæ ita fabulosa sunt, ut non tam risum moveant legenti, quam fastidium afferant: qualia nonnulla leguntur apud Georgium M. in Dialogis & in Nicæna 2. Synodo: innumerabilia verò in libris Monachorum. Ut interim sicco præteream, pede, quòd Diabolus regnum hac ratione sæpius adaugere suum, & supersticiosulos confirmare in veneratione crucis satagit.

Quintum argumentum est à ratione: si signa rerum sanctarum sancta sunt & venerabilia, certè qualibet crux sancta erit & venerabilis, quia gerit imaginem Christi crucifixi, i. e. Christi in ipso opere redemptionis occupati, quo nihil sanctius cogitari potest. Resp. responsionem ad hanc ratiunculam, benevolentor, petes ex superioribus, ne cramben eandem bis vel ter repetere videamur, & sicuturpiter *ταυτολογία*. Hæc de imagine crucis.

Restat signum, quod in fronte vel aëre pingitur, vel super quascunquæ res digito exprimitur, quod signum sacrum esse & vene-

Venerabile 1. ostenditur à Bellarmino ex figuris V. T. Sanguis agni in postibus domorum Exod. 12. nihil aliud significabat, nisi signum crucis in frontibus Christianorum. Aug. l. de catech. rud. c. 20. Item illud Tau Ez. 9. describi jussum in frontibus gementium apertissime signum crucis, quod in fronte potissimum pingimus, indicabat teste Cypr. adv. Demet. & Hieron. in comm. Ezech. His adde illud Apocal. 14. Habentes nomen ejus & nomen patris ejus in frontibus suis, i. e. signum crucis. Item Apoc. 7. Nolite nocere terrae & mari, neq. arboribus, quoad usq. signemus servos Dei nostri in frontibus eorum. Jacob quoq. cum cancellatis manibus benedixit filiis Joseph Gen. 48. significavit, fore aliquando tempus, quo benedictiones signo crucis fierent. Theologia allegorica & mystica non est argumentativa. 2. Unde demonstrat Bellarminus illis typis adumbratum esse prototypum, signum crucis? Certè scriptura illas applicationes non habet, & proinde nec tanquam apodictica, sed tantum ut probabiles & allusive à patribus proponuntur. 3. sicut illi typi non fuerunt adorati: ita nec figura crucis veneratione religiosa excipienda erit, aut plus est in conclusione quàm in præmissis, aut committitur Fallacia consequentis ob Elenchum causæ. 4. Sanguis agni paschalis distinguit Israëlitas ab Ægyptiis. Thau Ezechielis nullam habet aut exiguam similitudinem cum figura crucis & siquam haberet, apodicticè tamen nil concluderet. Signum Apocal. 7. & 14. capp. loquitur de interna obfignatione & fide: Exemplum Jacobi ἀλάτρου est. Decussavit enim manus, non ut ostenderet, fore aliquando tempus, quo benedictiones crucis figuræ fierent, sed ut indicaret honorè primogenituræ translatum esse à Manasse ad dexteram stante, ad Ephraimū à sinistris cōsistentem.

Secundum argumentum desumitur à testimonijs veterum, qui primis quingentis annis floruerunt, Dionysij, Justini, Hippolyti, Tertulliani, Cypriani, Cornelij Papa, Origenis, Cyrilli, Athanasij, Basilij, Ephraimi, Ambrosij, Hieronymi, Augustini B. Martini, Prudentij, Paulini. 12. de patrum testimonijs quid

statuendum ex dictis constare potest. 2. illi neuiquam *crucis figura* religiosum assignant cultum, sed innuunt, illam suo tempore fuisse *solemnem quandam ceremoniam*, quâ ostenderint Christiani se *addictos esse religioni Apostolorum, nec pudere se Christi crucifixi*. Causam præbuerunt Ethnicorum, quibus admixti erant Christiani, ludibria, quia hisce in sultabant, quod *Christum crucifixum* pro Deo haberent, & ut Deum adorarent: Christiani his ludibrijs obviam ituri contumelijs gentilium opposuerunt, *signaculum crucis* in testimonium *fidei suæ* in *Christum crucifixum*, ita ut *signi illius usurpatio* fuerit ingenua & intrepida *fidei confessio*. Et hunc *signationis usum* & nos tanquam *adiaphoristicum* non improbamus, sed ultrò admittimus, modò absit *superstitio & opinio cultus*.

Tertium argumentum est à *miraculis, signo crucis factis*. Tertull. in *Scorp.* dicit *Christianos signando & adjurando non solum sibi, sed & Ethnicis sepe prodesse*. Ita *Diabolus ad præsentiam signati cruce non potuit Imperatori poscenti responsa dare*. Lact. l. 4. c. 27. plura vide in *Epiph. bar. 30. Nissen in vita Gregorij Thaumaturgi, Athanasij in vita Antonij, Theodor. l. 5. bistor. c. 21. & Greg. l. 3. dial. c. 7. Palladio in bist. Lausiac. c. 54. Theodor. in vita S. Apbraatis, & S. Macedonij & S. Petri. Sulpitio in vita B. Martini, Hieronymo in vita Hilarionis, Augustino l. 22. de civ. Dei c. 8. Victore Uticensi l. 2. de Pers. Quod si addere vellemus miracula edita, post primos quingentos annos, quæ referuntur à probatis auctoribus de S. Benedicto, Bernbardo, Francisco, & alijs, nunquam finiremus. R. miraculis quid tribuendum, si dogma non sit scripturæ sacræ, ex dictis liquidò patet. 2. pleraq; miracula fictitia sunt, ab ijs excogitata, qui magnæ pietatis loco ducebant mendaciola pro religione confingere. Lud. vires de trad. disc. 15. vel à Diabolo illusi sunt homines, ut confirmarentur in crucis veneratione. 3. si quæ vera fuerint, adscribenda sunt non cruci, sed Christo, qui fidelem in vocationem & professionem Christi signo externo declarat am res-*

xit &

xit & exaudivit. 4. quia Bellarminus provocat ad *miracula Francisci*, unum in gratiam benevoli Lectoris adducam exemplum, ut appareat, quam *ridicula & ludicra cruci attribuant effecta*. Eugubium Italiae civitas est, in qua cum aliquando versaretur S. Franciscus, mirabile quid & celebre memoria dignum accidit. Erat enim in territorio urbis illius *lupus* quidam corporis magnitudine terribilis, rabie famis ferocissimus, ut qui non solum *animalia*, sed etiam *homines*, viros & foeminas devoravit, ita quod omnes civitates in tanto terrore tenebatur, quod omnes muniti ibant, cum egrediebantur terram, perinde ac si deberent ad bella funesta procedere: nec tamen sic armati valebant dicti lupi mordaces dentes aut truculentam rabiem evadere, quin eidem per infortunium obviarent. Unde tantus terror omnes invasit, quod vix aliquis extra portam civitatis audebat securus exire. Volens autem Deus notificare sanctitatem B. Francisci civibus supra dictis, cum pater tum temporis esset ibidem, compatiens illis disposuit ob viam exire dicto lupo, cui cives dicebant: *Cave Pater Franciscus, ne portam ex eas, quia lupo, qui jam multos devoravit, te penitus occidet*. S. autem Franciscus sperans in Domino, qui universae carnis spiritibus dominatur, non protectus clypeo, non galea, sed *Solo signo sanctae crucis* se muniens exivit portam cum socio. Cum autem fidelissimus Pater Franciscus sic intrepidus exiret ad *lupum*, ecce multis cernentibus de locis, in quibus ad spectandum ascenderant, lupo ille terribilis aperto ore contra S. Franciscum & socium cucurrit; contra quem B. Pater opposuit *signum crucis*, & sic tam a se quam a socio virtute divina (en mirabilem signi crucis efficaciam) lupo compefcuit, cursum retinuit, & ostruculenter apertum conclusit. Tandem advocans *FRATREM LUPUM*, uti ipse vocavit, *in nomine Christi adjuravit, ne quempiam ulterius hominum offenderet, postea pedibus subjectum de gravis-*

gravissimis inculpavit peccatis, quod Dei imaginem devorare non dubitaverit, sicq; ad resipiscentiam, & contritionem adegit. Deniq; accepta à Lupo promissione, quod neminem ulterius laesus esset, eum cum civibus reconciliavit, & proipso ad civem fide iussit. Ex quo die lupo populo & populus lupo hæc pacta per S. Franciscum ordinata constanter servavit, & lupo per duos annos vivens & per civitatem ostiatim victitans, neminem lædens, nec ipse læsus à quoquam fuit curialiter nutritus. Et mirum est valdè, quod nunquam latrabat canis contra eum, quando per civitatem transibat: tandem lupo sæviens mortuus est, de cuius morte cives plurimum doluerunt, quia propter dicti lupi pacificam & benignam patientiam, quodocunq; per civitatem pergebat, mirà S. Francisci virtutem & mirificam sanctitatem in memoriam revocabant. Unde colligere licet, quanta sæpe miracula sint per signum crucis edita, ut vel ipsæ ferocissimæ beluæ ipsius virtute cicurata & mansuetæ reddita fuerint.

Tandem Bellarminus ad nostra, ut ipse dicit, argumenta respondet, ut quod crux dolorem & ignominiam attulerit Christo. 2. filius non amet patibulum, de quo suspensus est pater. 3. & gaudere quis videatur de Christi crucifixione. Verum nos ita non argumentamur: multò enim firmiores sunt rationes nostræ ab ἐθελο θησκεια καὶ εἰδωλοαδρεια. desumptæ, quæ refellere nullo modo poterit. Ad 4. argumentum: Si cruces omnes. E. & sepulchra sunt adoranda: respondet esse Elenchum parium, quia sepulchra non sunt imagines Christi vel sepulchri eius, cum desit expressio vnius ex alio. 12. nec omnes cruces referunt Christum, nec omnes crucem Christi, quod constat ex statuis Mercurialibus, quæ non ponuntur ad repræsentandam Christi crucifixionem, sed ad monstrandam errantibus viam. Ita multæ pinguntur cruces, ubi pictor ne per febrim quidem de Christi cruce cogitat. 2. Sequitur nihilominus, si intentio adsit fabri lignarij ad repræsentandum Christi

Christi sepulchrum, quod illud venerandum & religioso excipien-
dum sit cultu, id quod Bellarminus quidem concedit: nos
verò negamus, quia tacet scriptura, tacent promissiones, ta-
cent exempla Apostolorum & primitiva Ecclesia. Ad quintum:
Si crux adoratur ratione contactus, etiam labia Juda, & manus
militum adoranda erunt. Respondet esse disparitatem, quia il-
la sit instrumentum passivum, nihil in crucifixione agens: hac verò
activa. & hoc tantum argumentum est secundarium; pri-
maria supra posita sunt. 2. adhuc militat consequentia,
quia nulla est ratione contactus differentia. Ad sextum: Su-
perstitio est, tribuere characteribus virtutem, respondet limitando,
nisi ad sit mandatum & promissio divina. Verum hæc cum hic
desit, uti supra probatum, firmum adhuc est argumen-
tum, & legitime concludit.

Postremò subjungit **EFFECTUS mirabiles crucis.** Pri-
 mò terret & fugat Demones; idq; vel ex apprehensione Damonis,
 vel ex devotione hominis, vel ex instituto Dei I. Ex apprehensione
 Damonis: quia ubi videt crucem, mox recordatur Christi cruce se
 victum, spoliatum, ligatum, & enervatum fuisse: inde crucem ti-
 met & fugit, quomodo canis lapidem & baculum fugit, quo percuf-
 sus est. & Negatur, quòd crux fuget Diabolum, quia hunc
 effectum nec habet à natura, quod Pontificij concedunt:
 nec à Dei instituto, quia monstrari nullo modo potest. Fu-
 gatur autem per fidem firmam & solidam, quæ Christum cru-
 cifixum respicit, & unà cum beneficijs humano generi
 partis apprehendit. 2. si eiicitur aliquando Diabolus si-
 gno crucis, non signo crucis solitariè, sed synecdochicè, i. e. fidei
 per signum se declaranti tribuendum, aut Diabolus ad confir-
 mandam idololatriam cedere se simulat, quod tamè mini-
 mè facit. 3. probatio non ostendit, crucem, sed recordatio-
 nem victorie Diabolum fugare, sicut canis percussus terretur.
 4. canis non fugit baculi imaginem: ita nec Diabolus crucis
 figuram. II. Ex devotione hominis, seu opere operantis, quia ean-
 dem, quam oratio, habet vim. Nam signum crucis est quadam me-
 ritorum

ritorum Christi crucifixi signo expressa invocatio. Loquimur enim corde, voce, & nutibus. 1. Falsissimum est crucis signum eandem habere vim, quam preces. Illæ enim divinitus mandata sunt: hoc non. Illæ habent promissiones divinas: hoc non.. Illæ habent probata V. & N. T. exempla: hoc non.. Maxima ergo est disparitas. 2. falsum est crucis signum esse invocationem meritorum Christi, sed est externa quadam ceremonia ad professionem religionis Christianæ olim inter orandum observata. 3. falsum est nos nutibus loqui. Ore enim & corde loquimur: nutibus autē utramq; loquelam significamus. Quare invocatio alia est manifesta, quæ ore: alia occulta, quæ corde fit: Utraq; nutu significatur. III. ex institutione Dei seu opere operato. Nam videmus Judæos & paganos sine ulla fide in Christum solum intendentes facere, quod Christiani faciunt, fugasse Demones signo crucis, ut patet ex Nazian. or. 1. in Jul. Epiphasio bar. 30. & Gregor. 1. 3. Dial. c. 7. Resp. ipse Bellarminus lubricitatem hujus assertionis videt, & proinde non apodicticè adstruit, sed tantum existimare se dicit. Si autem verum est, monstret nobis verba institutionis, aut promissiones, aut exempla, & herbam libèter dabimus. 2. miracula quod attinet, ad nauseam jam inculcatum est, ea nihil probare, nisi doctrina è sacris literis fundamentum habeat, & dubium non est, Diabolū nonnunquā fingere se fugari cruce, ut vel ad abnegationem crucifixi adigat, vel in Idololatria confirmet.

Secundus effectus est quod pellit morbos & omnia mala, quia signum est fidei & fiducia, vel quia invocatio est signo expressa. Christus enim promisit fidelibus se daturum, quicquid peterent cum fide, & nominatim Mar. ult. & de morbis dixerat: Serpentes tollent super agros manus imponent, & benè habebunt, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Fideles igitur contra morbos & reliqua mala implorant Dei auxilium per Christi meritum, idq; faciunt corde, ore, & nutibus. Et quia tunc effectus non producit ex opere operato more sacramentorum, sed ex opere operantis, idcō non infallibiliter sequitur. 1. de fide habemus verbum,

būm, quōd morbos pellat: de crucis signo actum est silentium. Loquitur autem Christus de fide miraculosa, quæ fuit peculiare donum primitivæ Ecclesiæ ad propagandam Evangelij doctrinam ad tempus concessum, quod in Ecclesia plantata jam cessavit. 3. quī potest crux ex opere operato fugare Dæmones, qui majoris sunt potentia, & non etiam morbos & alia mala? 4. falsum est Sacramenta agere ex opere operato, id quod alibi demonstratur.

Tertius effectus est: quōd sanctificat ea, quibus imprimitur. Nam cum benedicimus homines, agros, domos & similia, illo signo commendamus Deo per Christi merita res illas, quas benedicimus & similiter cum benedicimus aquam, oleum, ramos, candelas, &c. commendamus, reseas Deo, cumq; precamur, ut velit illas nobis esse salutare, utq; per eas tanquam per instrumenta nos adjuvet. & benedictio illa Pontificijs familiaris non nititur Dei nec institutione, nec promissis, nec ullorum exploratè sanctorum testimonijs & exemplis, sed repugnat sacræ scripturæ I. F O R M A. Non enim tantum Deo res commendant, sed celestem virtutem eius infundi volunt ad producendos effectus super naturales. Audi Missale in Festo purificationis de sanctificatione candelarum. *Benedic Domine Jesu hanc creaturam cere, ut qui eam ad repellendas tenebras humano usui tribuisti, talem signaculo crucis tue fortitudinem benedictionemq; accipiat, ut quibuscumq; locis accensa fuerit, Diabolus abscedat.* Longè alium modum fugandi Diabolum præscribit Paulus Eph. 6. 13. & Petrus 1. Epist. 5. 2. M O D O. Scriptura enim sanctificari dicit creaturas per *verbum DEI & orationem*, non per *signum crucis*. 3. F I N E. Scriptura vult sanctificari ad *usum à Deo institutum*: Pontificij ad *supernaturalem effectum producendum*. At inquit Bellarminus, quod explicitè petimus precibus, idem implicitè petimus per *signum crucis*. & Ad id responsum est modò, *orationem* nim. divinitus præceptam esse: *signum crucis* non item. Instat ulterius: *Non potest nec debet negari, quin & aliqua sanctitas accedat rebus, cum*

signantur cruce, non quidem sanctitas, qua sit aliqua pbyfica qualitas sed sanctitas in relatione consistens, qualis est crucis, clavorn, vestium, aliarumq; rerum, qua tetigerunt Christum aut sanctos, & qualis est eorum, qui tangunt reliquias sanctorum. Nam sanctificari illos aliquo modo, qui tangunt reliquias, constanter docent Patres. Basil. in Psal. 115. Greg. Nyssen. in vita S. Theodori, Johan. Chrysost. in serm. de sanct. Inventio & Maximo, & c. 82. Scriptura dicit sanctificari creaturas per verbum & orationem. Neutrum est crucis signum. E. 2. relatio nititur verbo Dei: monstrent ergo è sacris codicibus si possunt, Pontificij. 3. tam diu etiã sanctitas durat, usq; dum relatio cesset. Cessavit a. statim post desumptionem corporis Christi de cruce. 4. Probatio à reliquiis sumpta est ejusdem per idem confirmatio. Nam neq; reliquias religiosè colendas esse patebit ex tertia disput. parte, quam nunc supponemus.

III. Membrum de reliquiis sanctorum.

TERTIUM disputationis membrum est, ut videamus, quid sentiendum sit de RELIQUIIS, CENERIBUS & OSSIBUS SANCTORUM DEFUNCTORUM. Non controvertitur autem inter nos, & Pontificios an corpora, reliquia seu ossa sanctorum, quorum animas Deus ex hac mortali vita ad caelestem patriam avocavit, propter spem resurrectionis & glorificationis sint honorificè & reverenter (reverentiã politicã) tractanda, & terra magna matri commendanda. Hoc enim ex utraq; parte lubentes confitemur firmis Scripturæ testimonijs & exemplis innixi. Sed 2. hoc in quæstione est positum, an illa corpora, cineres seu ossa sanctorum 1. per Pontificem Romanum approbata & canonisata. 2. ob specialem in illis residentem Dei gratiam & virtutem. 3. ex sepulchris eruenda elevanda, in loco edito, puta supra summum altare collocanda, auro, argento, serico sint exornanda. 4. in processionibus & supplicationibus publicis circumferenda, & populi con-

trecta-

et refectioni, osculis, & aspectui exponenda. 5. ita ut peculiaris &
 meritorius sit Dei cultus, si populus impetranda gratia causa ante
 illa gestu & animo adorabundus procidat, & candelis, serico, co-
 rollis veneretur. 6. Et sit sacrificium Deo gratum, si reliquijs illis offe-
 rantur pretiosa dona. 7. atque proinde tangentes, exosculantes, vel
 etiam aspectantes saltem multas mereantur peccatorum indul-
 gentias. 8. oratio item melior, dignior, Deoque acceptior sit, & eam
 ob causam in necessitatibus vota sint facienda, & peregrinationes
 ad loca reliquiarum suscipienda. 9. Sacramenti quoque Eucharistia
 sanctitas non parum augeatur, si in altari reliquiae sanctorum in-
 clusa habeantur. 10. quin & juramenta fieri debeant tactis hisce
 reliquijs, & denique. 11. collo ex devotione & fiducia ad Deum & ad
 sanctos suspendenda sint, licet de plurimorum veritate parum vel
 omnino nihil constet, dubiumque sit, latronum, asinorum, camelo-
 rum, bouum, caprarum, an sanctorum veneremur ossa & cineres?
 Hic questionis status est, de quo decertamus, ad quem op-
 pugnandum & expugnandum argumenta nostra ita infor-
 mamus: QUOD CUNQUE DOGMA I. est ἀγίαστος. 2. ἀβίηστος. 3.
 ἀδοξος. 4. ADVERSUM PRIMITIVÆ ECCLESIAE
 5. OBNOXIMUM MULTIS FRAUDIBUS ET IM-
 POSTURIS, ILLUD A CHRISTIANIS SALVA
 CONSCIENTIA ACCEPTARI NEQUIT. AT QUI
 DOGMA DE RELIQUIIS SANCTORUM DICTO
 MODO COLENDIS ET VENERANDIS TALE EST
 E. SALVA FIDEI ORTHODOXIA IN ECCLESIA
 ADMITTI NON POTEST. Major hujus genera-
 lis Syllogismi suis coruscat radijs, neque Soli accensâ face
 opusest. Minorem confirmatam & illustratam redde-
 mus per singula membra. Primum est, quod spiritus san-
 ctus in sacra scriptura IGNORET illum religiosum reliquijs
 debitum cultum, id quod inde patet, quia nullum potest in-
 dicari MANDATUM, quo fideles jubeantur sepulta mor-
 tuorum corpora errere, in templis collocare, & in processibus cir-
 cum gestare: nulla potest proferri PROMISSIO quâ Deus

hoc cultu sanctis deservientibus polliceatur *veniam & remissionem admissorum peccatorum, & benevolam acceptionem precum ad cineres istos factarum*: nullum potest monstrari in tota sacra scriptura **E X E M P L U M**, quod reliquæ sanctorum collo sint suspense ad excitandam devotionem, vel facta vota, vel suscepta peregrinationes ad loca, ubi reliquæ erant repositæ. Unde perspicuum est & nulli non obvium, hunc cultum esse ἐθελοθεσκείαν, quæ speciem quidem habeat sapientiæ, sed Deo nequaquam probetur, sed tanquam εἰδωλοθεσκείας species respuatur. Excipit Bellarminus, ἐθελοθεσκείαν non significare cultum quomodo cunq; voluntarium i. e. non præceptum à Deo sed ab homine excogitatum: sed cultum superstitiosum, ut noster Interpres rectè vertit, sive falsam religionem. R. videt Bellarm. causam suam è sacris paginis non posse liquidò demonstrari, ideoq; rimas quærit, quibus elaboratur & propterea hanc adinvenit distinctionem, quæ tamen non quicquam iuvat Jesuvvitam, siquidem absolute & indefinitè loquitur, omnemq; cultum intelligit, etiam qui speciem aliquam sapientiæ habet per humilitatem animi, & laesionem corporis, & sit juxta præcepta atque doctrinas hominum. 2. superstitionem esse jam patet, quia præter scripturam asseritur: idemq; probabitur ulterius. Minorem ut destruat Bellarm. quædam **S C R I P T U R Æ E X E M P L A** proponit, verum ἀπόσχεσις ἀπόσχεσις, ut constabit. Primus est ex Exod. 13. *Moses discessurus cū populo ex Ægypto in Palaistinam noluit ibi relinquere ossa sancti Josephi jam dudum mortui, sed ea honorifice secum asportavit, & transtulit in terram promissionis.* R. Major hujus syllogismi: *Quicquid Mos licuit, illud adhuc dum hodie nobis imitari licet*, non est orthodoxa & vera, siquidem multa extraordinarie fecit Moses, quæ imitari finiarum more hodie nobis non convenit. Alias enim liceret indictâ causâ injuriam occidere, quod nulli hodie conceditur. 2. committitur Elenchus parium. Josephus enim Gen. 50. *¶ 24. juramenta obstrinxit fratres suos & posteros eorum, dicens:*

Deus

Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum. Nititur ergo factum Moysi expresso mandato à Patriarcha ex fide in futurum Messiam facto Heb. 11. v. 21. Ubi verò Petri, ubi Pauli, ubi caterorum martyrum & sanctorum mandata translationem cadaverum exigentia delirescunt? 3. committitur fallacia Finis. Josephus suum corpus in terram Canaan deportari mandavit, non ut ibi supra altare poneretur, populo tangendum, exosculandum, vel spectandum exhiberetur, vel ut ad illud peregrinationes fierent: sed ut esset in testimonium promissionis de terra Canaan. Solari enim illos voluit in afflictionibus, quas sustentaturos Israëlitas sciebat ex Gen. 15. v. 13. in terra Ægypti, quò vid. in patientia possiderent animas suas, siquidem certò aliquando è domo servitutis essent exituri. 2. ut demonstraret fidem suam in futurum Messiam, qui in terra Canaan nasciturus, ibidemq. Mediatoris officium completurus erat. Pontificij verò transferunt non harum causarum gratiã, sed ut religioso adorent cultu, & citius ibidem Dei gratiam consequantur. Hinc quam vis multis undiq; circumsepti fuerint Judæi in deserto calamitatibus, nusquam tamè Josephi reliquias Opis impetranda gratiã (ut verbis Tridentinæ Synodi utar) adijisse leguntur, & postquam deportatæ sunt in terram Canaan, ibidem sepulchro ingesta dicuntur in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob à filijs Hemor, Patriæ Sichem Jos. c. 24. v. 32. Locus verò Ecclesiast. 49. v. 18. hoc vult, quòd reliquie ab Israëlitis diligenter fuerint asservatæ, ac si aliquo operimento defenderentur & munirentur, id quod vis vocis ἐπισκεπασαν infert. 4. plus est in conclusione, quàm fuit in præmissis: Reliquiæ sanctorum transferre. E. & adorare licet, religiose venerari licet, gratiam & Citiorum precum ex auditionem ibi sperare licet.

Secundum exemplum est ex Deut. c. ult. ubi Deus ipse (ut Hieronymus contra Vigilantium argumètur) corpus Moysi honoravit. dum illud proprijs manibus sepelivit. R. tantum abest ut hoc exemplum probet causam Pontificiam, ut vel

ut vel maximè improbet & impugnet. Nam 1. Deus Mo-
 fis corpus non *altari super imposuit*, non ad illud adorare
 iussit. Quo ergò modo corpus Mosis à Deo fuit honoratum, eodem
 nobis honorande erunt sanctorum reliquia, nim. honestè sepelien-
 do, & terra mandando. 2. quæ cōsecutio: Deus honoravit cor-
 pus Mosis. E. religioso cultu? E. idem nobis imitandum erit?
 3. quinimò quia Deus noverat populum Israëliticum ει-
 λείδωλον esse, ipse Mosen sepelit, ejusq̄ sepulcrum abscondit, ne
 ad ipsius corpus religiosè honorandū converterentur Judæi. Hinc
 Chrysof. hom. 5. in Matth. dicit, quòd Satban voluerit se-
 pulcrum Mosis manifestare, ut Judæi religiosè illius reliquias co-
 lerent, sicut fecerant cum serpente aneo: id verò Archangelum Mi-
 chaëlem ex mandato divino prohibuisse, ac sepulcrum occultum
 manere voluisse. Hinc Epist. Jud. v. 9. memoratur, quòd Ar-
 changelus contenderit cum Satbana super corpore Mosis. Excipit
 Bell. c. 4. l. 2. de rel. sanct. probabile esse, sepulcrum Mo-
 sis occultatum fuisse, ne à Judæis coleretur pro Deo. Negat tamen
 idem nunc periculum esse in reliq̄s aliorum sanctorum; Nam po-
 pulus Judæorum (inquit) eo tempore propensissimus erat ad ido-
 latriam, ita ut etiam vitulos aureos coleret. Unde post captivi-
 tatem Babylonicam, quia populus ille non amplius coluit ειδωλα, vi-
 demus Deum illustrasse sepulcrum Isaia, Ezechielis, Jeremia, He-
 lisei, Abdia, & aliorum multis miraculis, & gratum habuisse cul-
 tum, qui ossibus eorum exhibebatur. R. hoc ipso loco Bell. dicit
 probabile esse, corpus Mosis licet mortuum conservasse adhuc
 splendorum vultus & decorem, quem antea habebat, sicut multis
 sanctorum accidit, & ex hoc ipso splendore postea probabit ossa &
 cineres sanctorum esse venerabiles. Injuria ergò videtur illa-
 ta esse Mosis, quòd debito privatus est cultu, & abusus non ita
 præcaveri debet, ut tollatur omninò usus, præsertim religio-
 sus. 2. non adeò stupidi & excordes fuerunt Judæi, ut cre-
 dituri fuissent ipsum de mortui Mosis corpus esse Deum creato-
 rem celi & terra, sed hoc tantum putarunt, à religione non
 esse absortum, si per istud corpus Deum colerent & reveren-
 ren-

reretur, sicut id factum est in *serpente aeneo, & vitulis aureis*. 3. manifestam hodie idololatriam à Pontificijs committi ex superioribus notum esse potest, idemq; hic probatur quia à reliquijs expectant gratiam Dei, peccatorum remissionem & indulgentiam, quæ omnia non solum præter, sed & contra scripturam asseruntur.

Tertium exemplum depromit Bellarm. ex 4. Reg. 13. c. *ubicum ossa Elisæi tetigissent aliquem hominem mortuum, continuo illum ad vitam revocarunt. Non ergo Deus contemnit ossa sanctorum, sed ea honorat, & honorare cupit, dum per illa miraculum tam insigne patravit.* 1. Crimen falsi committit fuita, quando nobis hanc attribuit sententiam, quasi statuas Deum contemnere ossa sanctorum, & illa honorari non debere. Non enim probamus istam Calvinistarum *synodum*, quæ corpora sanctorum, Irenæi, Hilarij, & Martini anno 1562. effossa & cremata in profluentem abiecerunt, si Surio fides habenda & Bellarmino ex ipso citanti, sed mens nostra ex formatione legitima status controversiæ conspicitur. 2. committitur Elenchus parium. Exemplum enim Elisæi planè est *extraordinarium ad confirmationem specialis ab ipso factæ prophetiæ factum*. Vaticinatus namq; erat propheta Cygnæo more, quod Rex Israël percussurus sit Syros gravissimè tunc Israëlitas prementes, & post hoc vaticinium fato concessit. Interea temporis fit, ut prædones Moabitæ palantes divagarentur per Judæam, & quosdam sepulturâ hominis cujusdam occupatos incautos opprimerent, qui ne prophanaretur, hostiumq; libidini exponeretur demortui cadaver, non habentes spatium faciendi foveam, proximi monumenti, quod fortè fortunâ Elisæi prophetæ erat, tymbam aperuerunt, & in illam non deposuerunt, sed ob instantem hostium vim projecerunt mortuum, qui ad Elisæi ossa delapsus eorum contactu vitæ reslitutus est. Deus ergo, ut cum propheta non ipsius quoque prophetiam expirasse & sepultam esse ostenderet, hoc miraculo prophetici oraculi veri-

N

tatem

tatem comprobare voluit, & simul consolationem perhibere anxijis Iſraëlitis, unde Eccleſia. c. 48. v. 14. *ἐπιμαρτυροῦνται* dicuntur Eliſæi oſſa. Verùm hæc extraordinaria ratio ceſſavit in cæteris prophetis, & hodiè in ſanctis. 3. invertimus argumentum: *sicut Eliſei corpus, licet miracula ediderit, non fuit erutum, non elevatum in altari, non auro, argento, ornatum non circumgeſtatum, non facta leguntur ad illud peregrinationes: Ita nec hodie alio modo & ratione honoranda ſunt ſanctorum reliquia, quàm ſepultura & deſoſſione interram.*

Quartum Exemplum ſuppeditare exiſtimat Cardinalis 4. Reg. 23. cap. ubi cum Joſias delubra idolorum evertet, & omnem idololatriam delere vellet, tantùm abeſt, ut reliquias ſanctorum delendas eſſe exiſtimarit, ut cum aliorum mortuorum corpora effodiſſet, & in cineres redegiſſet, oſſa tamen ſancti propheta ibidem reperta aſſervari juſſerit. Rurſus ſycophantam agit Bellarminus & per calumnias virulentiffimas nobis attribuit, quaſi ſanctorum reliquias delendas eſſe cenſeamus, de quo tamen ne quidem ſomnia vimus unquam: imò contrà debito honore (civili puta) juxta ſcripturæ ſacræ tenorem proſequimur. 2. non potuit Joſias propter idololatriæ ſuſpicionem abolere reliquias illius propheta, cum nullibi dicuntur ad illius oſſa & cineres concurriffe, gratiam ab ipsis expectaſſe, & ſic idolomaniam exercuiſſe Judæi. 3. Exemplum eſt ἀποδοδύου. Audiens n. Rex eſſe ſepulchrum prophetæ veri de Juda, non juſſit erui & in templo collocari, ſed dicit: *Dimittite eum, nemo commoveat oſſa ejus. Et intacta manſerunt oſſa illius.* An verò Pontificij in ſepulchris relinquunt deſanctorum ſanctorum oſſa? an intacta dimittunt? nullo modo, ſed contrà magnam felicitatem putant, ſiervant, ſi tangant, ſi circumportent.

Quintum argumentum eſt ex Ef. 11. c. ubi de ſepulchro Domini legimus: *In eum (Meſſiam videlicet) gentes ſperabunt, & erit ſepulchrum ejus glorioſum. Hunc locum de ſepulchro Chriſti intel-*

intelligi certum est tum ex ipsis verbis, tum ex Apost. Rom. 15. Quod autem non loquatur de sepulchro saltem pro eo tempore, quo ibi Christus latebit, sed etiam pro tempore futuro, ac proinde reliquias honorandas, docet Hieronymus in Epist. ad Marcel. ut migret Bethlehem, ubi dicit, Isaiam prædixisse id, quod modò fit, ut sepulchrum Domini ab omnibus honoraretur. & in Hebræo habetur vox, quæ idem est ac requies, & proinde non ad sepulchrum tantum restringitur, sed ad omnia spectat, quæ ipsius mortè sunt subsequuta. Gloriosa est ipsa mors propter miracula: gloriosa est sepultura: gloriosa descensio ad inferos: gloriosa resurrectio: gloriosa ascensio: gloriosa sessio ad dextram Patris: gloriosum regnum, quo cuncta, & suos specialiter gubernat: gloriosus deniq; erit ejus ad judicium reditus, & gloriosum tandem imperium in vita æterna.

Quando verò sepulchrum Christi fore dicitur gloriosum, non id vult Propheta, quasi ad illud hominum concursus fieri deberet ex omnibus terræ angulis spe consequendæ satisfactionis pro peccatis, & recuperandæ sanitatis à morbo, unde per totum universum dimanaret & pervolaret ejus fama, atq; sic non contemendam compararet gloriam. Sed gloriosum nuncupatur i. respectu gloriosorum sepulchri Curatorum, Josephi & Nicodemi, virorum senatoria gravitate & authoritate conspicuorum, opibus quoq; non parum pollentium, quorum hic publicus sacræ Theologiæ Professor in Academia Hierosolymitana, ille Politicus Jurum forensium non ignarus, vir probus, amans justitiæ & æquitatis erat. Hi post habito omni periculo, quod imminere ipsis poterat à Pilato, ne mulcicaret eos & bonis & vita, eò quòd crimen rebellionis subire videbantur, dum injusti quasi judicij accusarent præsidem: à Concilio & Senatu, ne exclusi omninq; privati honore & dignitate infames redderentur: à populo, ne lapidibus obruerentur, vel in crucè ipsi quoque adigerentur, quod causam susceperant & patrocini-um hæretici (ex Judæorum sententia) & seditiosi: post-

habito (inquam) hoc omni periculo crucifixi curam habere non erubuerunt, sed honorificè cum sepulchro ingesserunt, quòd aliàs lictores & carnifices facere debebant, quorum consortium nullus non honestorù civium defugit. Scilicet divino destinati erant decreto, ut Judæi conspicerent, obices & claustra suo furori posita esse, ut non, quicquid libeat, cum defuncto agere possint. 2. *Gloriosi monumenti ipsius.* Solebant aliàs Judæi maleficos vel *in bumatos* in proximam vallem feris devorandos abijcere, vel *pauillo terra eruto, & exigua facta fovea in illam non deponere, sed deijcere, terraque rursus obruere in ipso supplicij loco, quos postea bestia de noctu adventantes facile eruebant, & discerpebant.* Ne idem circa Christum fieret, misit Deus pater *Josephum*, qui ipsum in pretioso & nobili deposuit sepulchro, utpote quod fabri factum erat in per pulchro pomario, nuper excisum (*κατακουμβρον*) in solida aliqua petra, pro more *Judeorum*, & quod maximum, adornatum pro ipso *senatore*, homine prædivite: ut ad impleretur scriptura, quæ sepulchro ipsum inferendum prædixerat. Psal. 16. 3. *ratione modi sepeliendi*, qui idem non *ignominiosus*, sed maximè *gloriosus* fuit. Involuebatur namq; *sindoni*, linteaminis generi tenuissimo, subtilissimo, & pretiosissimo, è lino *Ægyptiaco* cõfecto, quod plerumque ex urbe Sidone Hierosolymam ab institoribus deportabatur, & propterea non parvo constabat. Quin & Nicodemus *mixturam ferebat myrrhæ & aloës*, ad libras fermè centum, quibus arcebatur corruptio & putrefactio. Non vilioe itaq; modo Christus sepultus fuit, quàm si *nobilis aliquis Judæus è per anti qua pro sapia fuisset oriundus*: quò respicit Propheta, quando dixit, *sepulchrum ejus fore gloriosum.* Quod autem Bellarminus ad stabiliendum *Reliquiarum cultum* hunc locum adducit, turpem à illo fallaciam committit. 2. potest etiam intelligi de *gloria Ecclesie*, quæ habitatio Domini est, & glorià nitet internâ ps. 45. 3. locus Rom. 15. nihil quicquam de *sepultura* agit,

nec

nec hæc propheta verba citat: loquitur a. de *vocatione gentiū ad consortiū Ecclesiæ*. 4. de Hier. idem sentimus, quod ipse de alijs in comm. c. 23. Matth. *quod descripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, quā asseritur*. 5. nulla sequela: *Sepulchrum Christi gloriosum est. E. adorandum. E. ad illud peregrinationes facienda. E. qui id adeunt, citius à Deo exaudiuntur, & remissionem merentur peccatorum*. 6. parum religionis habuissent Apostoli & primitivæ Ecclesiæ Christiani, qui *debitam sepulchro Christi nunquam detulissent reverentiam & honorem*.

Sextum Bellarmini argumentum hoc est: *Si Christus hic adesset, & nos vestem ejus devotè exosculareremur, continuo nos Idololâtras Lutherus & Calvinus dicerēt; at mulier Hamorrhoiſſa solam simbriam Christi fideliter tetigit, & sanata est. Matth. 9.* R: si religioso cultu prosequerentur & adorarent Christi vestimenta, jure utiq; de idololâtria ipsos accusaremur, quòd honorem Christo soli debitum per analogiam tribuerent creaturis, cum tamen Deus suam ipsis gloriam non communicet. 2. non legitur mulier religioso cultu adorasse simbriam vestimenti Christi, sed *vera fide in Salvatore credidit salvam se fieri posse, si vel saltem vestem ejus aliquantulum tangeret*, ideoq; in Christum, non simbriam fiduciam collocavit. Athanas. in l. quòd duæ sint in Christo naturæ: *Mulier illa, quæ Christi simbriam tetigit, non in simbria, sed in ejus, qui togâ vestitus erat & cujus erat simbria, invisibili potentia spem suâ comperta est collocasse*. 3. *sanata est mulier non à simbria, sed à Christo, à quo divinis ἐξελήλυθε* Mar. 5. v. 30. Luc. 8. v. 46. 4. nō habemus ullum *preceptum* venerandi vestimenta Christi, sed *Christum*: non *promissionem*, si quis religiose illa prosequeretur, sed si Christum: destituimur deniq; *probato exemplo*. Quis enim dicat, adeò irreligiosos fuisse Apostolos, & securos divini cultus, ut nunquam *debitum vestibus Christi obtulerint honorem*. Quare quicquid ogganniat Romanista, non per sua debet *adorationem simbriae*. 5. *sanatio*

fuit temporaria, & ^{quod} ob præsentiam corporis Christi.

Septimum exemplum. *Non sunt Act. 5. reprehensi populi, qui certatim ad umbram Petri eo modo, quo poterant, attingendam accurrebant, sed potius fidei sue premium retulisse dicuntur, & tamen quæ reliquæ viliores ipsa à umbra cogitari possunt? Neg. habiti sunt Act. 19. superstitiosi, qui Pauli sudaria & semicinctia deferebant ad egrotos, ut etiam nos modo facimus, sed potius religionem illorum miraculis confirmabat Deus. ^{Βυτ γαρ λιασ ἀτινα} est, an Christiana fidei primitus addicti religioso cultu adoraverint umbram, sudaria, & semicinctia Petri & Pauli, quod sacra scriptura non asserit, nec probatum unquam reddere poterit Jesu vitta. Hæc enim verba Act. 5. v. 12. *Per manus autem Apostolorum edebantur signa & prodigia multa in populo. v. 15. ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis, ut venientis Petri vel umbra ob umbraret aliquem illorum.* Sic Act. 19. v. 11. *Virtutesq; non vulgares edebat Deus per manus Pauli v. 12. ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore ejus sudaria & semicinctia, & recederent ab eis morbi, & spiritus maligni egrederentur.* Ubi ne verbulum quidem de adoratione, vel religiosa veneratione, sed per ea plurima miracula edidisse dicuntur Apostoli, quod donum primitivæ Ecclesiæ erat peculiare & singulare, promissum Mar. 15. ad confirmandam fidei doctrinam: nunc autem illud cessavit. 2. licet populus adorare voluisset, non tamen istud permisissent Apostoli, cum & ipsi istum honorem detrectarint, ut Petrus, Act. 10. Paulus & Barnabas Act. 14. Angeli ipsi Apoc. 19. & 22. 3. quæ sequela: *per sudaria edita sunt miracula. E. veneranda. E. religioso colenda sunt. E. id facientes merentur peccatorum remissionem, & voti consequutionem?* Virgâ Moysi, Pallio Eliæ, Sale Elisæi, ut & virgulâ in Jordanem abjectâ facta sunt miracula. *E. hæc omnia fuerunt religiosa?* Hæc sunt Bellarmini argumenta è scripturæ penu deprompta, vel potius detorta, & summâ vi contorta. Ad ducitur ab alijs scriptoribus etiam locus 1. Gen. 49. v. 29.*

ubi

ubi comprobatur translatio. & nos illā simpliciter non negamus, cum habeamus exemplum in Saule & Jonathano. 2. Sam. 21. v. 14. sed religiosam, sed ad cultum necessariam. Causas, ob quas petijt Jacobus transferri, si desideres, sunt terra promissio, Ecclesia conjunctio, Messia expectatio, & spes resurrectionis cum Christo. 2. 1. Reg. 13. v. 24. & Dan. 6. v. 21. c. 14. v. 40. ubi irrationales creatura sanctorum corporibus percerunt. & quæ sequela. E. reliquias sunt adorande? Num bestiae dogmata dicitur, & conciones de fidei articulis habent? Num à miraculis ad cultum consequentia ulla est? 3. Syr. 46. v. 15. c. 49. v. 12. & dicuntur virere ossa prophetarum & Judicum, in suo loco, qui sepulchrum. 2. locutio est metaphorica, inueniens memoriam sanctorum ibi vigere, florere, & reverenter celebrari. 4. Act. 8. v. 2. Fecerunt planctum magnum. & pulchrè. E. religiosum reliquias exigunt cultum? Quis non ineptiam advariatorum oculis videt, manibus palpat?

Secundum generalis Syllogismi membrum est, quòd reliquiarum veneratio Pontificijs usitata nō solum PRÆTER sed & CONTRA sacram asseratur scripturam, eiq; è diametro repugnet, id quod probamus 1. à contrario mandato Gen. 3. v. 19. pulvis es, & in pulverem reverteris: ubi statim post lapsum $\pi\rho\sigma\theta\iota\sigma\tau\lambda\alpha\sigma\omega\upsilon$, quia novum aliquid ipsis obtingebat, mors vid. Deus ostendit, quid agendum conveniat, & quomodo tractandi sint de mortui. Sic Eccles. 12. v. 7. Revertatur pulvis in terram, unde erat (non reponatur in altari, non circum gestetur) & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, Es. 26. v. 20. Vade populus meus (non ad altaria, ad templa, sed) in tra in cubiculatua. Es. 57. v. 2. Requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione sua. Eccles. 7. v. 38. mortuo non probibeas gratiam tuam. Quam gratiam? secundum iudicium contegendo corpus illius, & non despicendo sepulturam illius. c. 38. v. 16. non elevando, non circumgestando, non ex osculando. Tob. 4. v. 2. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: v. 5. Cum autem & mæser compleverit tempus vita sua, sepelias

petias eam circa me. 2. à contrarijs exemplis. SARA, cujus omnes honestæ matronæ filie sunt 1. Pet. 3. v. 6. post mortem sepulta est ab Abrahamo in spelunca agri. Gen. 23. v. 19. Sic & Abraham Gen. 25. v. 8. 9. Isaac Gen. 35. v. 29. Jacob Gen. 50. v. 13. Joseph. Jos. 24. v. 32. Et ad horum sanctissimorum patriarcharum monumenta adorandū, & citius petita impetrandi gratiâ accedendum esse nullum mandatum adest, nulla promissio, nullum exemplum, cum tamen semper Judæi in solennibus precandi formulis adoraverint Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Jacob, Deum Patrum suorum. Sic Moses ab ipso Deo sepelitur Deut. 34. v. 6. Josua ab Israëlitis Jos. 24. v. 30. Simson à fratribus Jud. 16. v. 31. quorum tempore si vixissent Pontifices Romani, procul dubio eorum sepulturam in bibuissent, sed in delubris potius collocassent, ut hostium incursionibus oppressi ad ipsorum reliquias opis impetrandæ gratiâ decurrerent. Dubium enim non est non minus ac Georgium vel Martinum rerum bellicarum scientiâ instructos ipsos fuisse, & petentibus subvenire potuisse. Sic etiam sanctissimi propheta terra commendati & sepulti sunt: Samuel 1. Sam. 25. v. 1. Eliseus 2. Reg. 13. v. 20. Joiada Pontifex 2. par. 24. v. 16. Ira Reges quoque: David 1. Reg. 2. v. 10. Salomon 1. Reg. 11. v. 43. Asa 2. par. 16. v. 13. Josaphat 2. par. 21. v. 1. Ezechias 2. par. 32. v. 33. Josias. 2. par. 35. v. 14. Sic & in N. T. ille prophetarum omnium maximus Johannes Baptistæ capite truncatus ab Herode non asseruatur à discipulis suis, non religiosè adoratur, non auxilium ad ipsius cadaver petitur à Deo, sed honorificè tumulo ingeritur, & humatur Matt. 14. v. 12. Sic Christus sepultus & traditur à Nicodemo & Josepho: Stephanus quoque Protomartyr à primitivæ Ecclesiæ membris terra commendatur: non ad ipsius sepulchrum factus legitur concursus, nō susceptæ peregrinationes, non remissa ad ipsius tumulum iniquitates. Nec potest ullum contrarium vel mandatum vel exemplum à Canonicis sacræ scripturæ libris pro-

Proferri, unde ὁρθολογία φαίνεται patet dogma illud Pontifici-
um ἐναλλοῦ esse sacris paginis.

3. A prohibitione ἰδωλολατρίας. Vix enim ullum peccatum severius punitur & prohibetur à Deo, quàm hoc idolomania crimen. Jam autem idololatrias esse Pontificios ex frequenti conspicuum est argumento: *Qui cunq; honorem soli Deo debitū tribuit creaturis, ille idololatra est*, quam propositionem suprâ reddidimus confirmatam. Atqui Pontificij honorem soli Deo debitum creaturis assignant, dum reliquias & ossibus religiosum adscribunt cultum. Ille enim cultus aut est divinus, & sic habemus, quod volumus: aut est humanus, civilis, & sic non religiosus. Nec est ut excipiant esse analogicum, imperfectum, improprium. Participat enim aliquo tertio cum uni voco, perfecto, & proprio: & impropria latria, quoque latria est. Deinde ab inanimatis & ex anguibus ossibus opem & auxilium expectant, gratiam divinam ipsis attribuunt, indulgentiam peccatorum sibi promittunt, ad juramenta, quae pars sunt divini cultus, adhibent, & saepenum erò falsas & supposititias habent reliquias, quas si religiose colas, ipsi Pontificij non negant esse idololatriam. E. Pontificij sunt idololatrae. Excipit Bellarminus 1. nullum unquam Catholicorum reliquias invocasse: nunquam auditum esse quencquam in precibus aut litanij dicentem: sancte reliquia orate pro me, neminem unquam divino eas honore affectisse, vel Christi loco adorasse. Se enim reliquias honorare & osculari, ut sacra pignora patronorum suorum, sed nec adorare ut Deum, nec invocare ut sanctos, sed minore cultu venerari, quàm sanctorum spiritus nedum Deum ipsum. 2. De idololatriæ natura & essentia non esse, ut honor creaturae tribuatur sicut Deo, suprâ evictum clarissime est, & demonstratum, etiam illos idololatriæ crimen subire, qui Deum non debito modo, ut ipse in verbo exigat, venerantur; id quod τῆς σκελετολατρίας καὶ λατρίαν ἰδωλολατρίας in papatu fit. 2. nondum à Bellarmno aut ullq Pontificiorum indicatum est, quis sit ille cultus minor, nec τῶν τὰ σκελετὰ μαλθακῶς λέγειν

evadere poterunt. Nos quidem *honoramus sanctos*, verum *honore scripturis conveniēte*, vid. *honestè sepeliendo, & terra commendando*, non *adorando*, non *elevando*, non *itinerà ad eos susceptando*. 3. quando dicunt se *invocare sanctos*, utiq; *honorem Deo debitum creaturis assignant*, siquidem *solus Deus invocandus est*, & sic miseri sorices suo se indicio produnt. 4. nec *Israëlitæ vitulus* aut *Baali* dixerunt: *Vitule ora pro me*, *Baal ora pro me*, sed *ad idolū vituli*, ad *idolū Baalis* verum *invocarunt Jehovaham*. 5. falsum est Pontificios non petere à reliquijs, ut *orent pro se*. Nam in processionali Cadurcorum, qui sunt Gallix Aquitanicæ populi, in Abbatia Fontis invocata est *mappa*, super quam *Christus canam* (uti dicunt) administravit, & à monachis cantatum est: *sanctissima Dei mappa, ora pro nobis*. Sic iidem invocarunt *sudarium Christi* his verbis: *sancte sudari, ora pro nobis*. *Sudarium Christi liberet nos à peste, & morte tristi*, ut refert Polan. in syntagm. l. 9, c. 30. Quomodo alloquantur *Sudarium Veronicæ*, ostensum est supra part. 1. Sic *Lancea & Clavis Domini* tribuunt *introductionem in caelestia gaudia*, ubi ita in festo eorum canit Ecclesia Romanensis: *Ave ferrum triumphale, Intrans pectus tu vitale, Celi pandis ostia, Fecundata in cruore, Felix basta nos amore, per te fixi saucia, &c.* Excipit 2. nullum esse heic *idololatria periculum*, sed *hunc cultum potius detestationem esse omnis idololatria*. Nam *Martyres mortui sunt*, ut *idololatriam destruerent*: qui ergò *martyris reliquias colit*, indicat se *gaudere de idololatria destructione*, & rectè *Christiani* apud Ruff. l. 1. c. 35. *cum transferrent reliquias Babylæ, canebant magna voce: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia*. & parum refert, quid dicant doctores pontificiorum: ipsa *praxis Ecclesiarum* satis loquitur. Nec sancti martyres hunc cultum exegerunt, nec si exegissent, veri martyrij nomine regere potuissent. 2. Sic etiā *Pharisæi* excipere qui vissent, & *edificatio monumenta prophetarū*, qui *idololatricos Israëlitarum cultus taxantes mortem sibi ipsis accersierant*, se

de-

declarare, non placere sibi facta majorum. At respondet Christus, eo ipsos illo testificari, se consentire patrum cadibus, quod sepulchra eorum exornent, concionibus autem illorum non obsequantur, respiciant legitimos illorum successores, Johannem Baptistam, Christum, & c. Sic & pontificij non imitantur virtutes martyrum, quorum sepulchra coronant.

4. Ab injuria in unicum Christi meritum. Non enim est in alio quopiam salus, nec aliud nomen sub celo datum est inter homines, in quo oporteat nos salvos fieri. Act. 4. v. 12. per nomen ipsius remissionem peccatorum accipit, quisquis credit in eum. Act. 10. v. 43. SOLUS ipse calcavit torcular, & de populis non fuit vir cum ipso Esa. 63. v. 3. ipsius sanguis emundat nos ab omni peccata 1. Joh. 1. v. 7. Jam autem Pontificij affluunt meritum a sanctorum, & reliquiarum visitatione, inspectione, circumgstatione, exosulatione opem se impetrare, multas peccatorum indulgentias mereri, fiduciam & devotionem ad Deum atque sanctos augere se affirmant, quod sane sine grandi blasphemia, & conculcatione sanguinis Christi, unius nostri Mediatoris & propitiatorij fieri non potest. Quando profiteri non erubescunt, meliorem, digniorem, & Deo acceptiorem esse orationem factam ad reliquias, ossa, & cineres sanctorum, quam qua aliàs in spiritu & veritate ad Deum in Christi nomine funditur, videre cunctis licet, ipsos non admodum honorificè de merito Christi, ipsiusque passione & morte sentire.

5. Ab injuria fidei illata. Sola enim fides est, qua justificatur homo absque operibus legis Rom. 3. v. 28. ne quis gloriatur Eph. 2. v. 9. & qui credit in corde, quod Deus Jesum suscitaverit è mortuis salvus fiet Rom. 10. v. 9. Pontificij autem hoc dogmate asserunt mereri nos remissionem peccatorum & indulgentiam per istorum adorationem, religiosam venerationem, circumgstationem, exosulationem, & peregrinationes ad illa susceptas, quod fundamentalem justificationis articulum evertit. Fides namque in hoc articulo contra distinguitur operibus, & proinde qui opera fidei affluunt, fidem omnem negant.

Tertium membrum Syllogismi generalis est, quòd nullà quoq; certà, firmà & urgente RATIONE per bonam consequentiã in sacris literis petita probari possit religiosus reliquiarum & cada verum cultus, id quod negat Jesu vita, & proinde quafdam ratiunculas proponit, quas excutiemus. Prima est à miraculis factis ad reliquias, quæ certè non fierent, nisi Deus cultum reliquiarum approbaret: Secunda ex miraculis, quæ sepe in ipsis sanctorum mortuis corporibus cernuntur, per quæ Deus apertissimè nos ad eorum venerationem inuitare videtur. & ex supra dictis patet miracula nihil conferre ad stabilienda dogmata, nisi prius adstructa & confirmata sint in sacris scripturis et abulis. Non enim propria Ecclesie vere est miraculorum editio, sed communis cum Ethnicis, pseudo prophetis, & Hæreticis, & proinde monemur à S.S. ne temerè fidem ijs adhibeamus Deut. 13. Matth. 7. & 24. 2. Theff. 2. 2. adhuc probandum incumbit Bellarmino, quòd illa miracula sint facta ad confirmandum religiosum reliquiarum cultum. Quæ enim connexio: Ad monumenta & in ipsis cineribus sanctorum sunt miracula. E. sunt adoranda, & in templis elevanda? Apostoli plurima ediderunt miracula, nec tamen unquam religiosam admiserunt venerationem. Sic per ossa Elisæ, per virgam Moysi, per pallium Eliæ illustrata facta sunt miracula, nec tamen adorata à quoquam leguntur, vel in templo reposita, vel peregrinationes ad illa facte. 3. committitur fallacia Finis, quia illa miracula facta sunt non ad confirmandam σκελετολογίαν, sed doctrinam & fidem, quam professi sunt sanctissimi Martyres. 4. probandum est omnia illa miracula facta esse à Deo, & non occisos à Diabolo hominum superstitionum oculos & mentes, ut stabiliret vigentem idololatriam. 5. multa quoq; miracula à Pontificijs plusquam sesquipedalibus verbis jactata falsa sunt, & fictitia, quibus nullus probatorum authorum assentitur.

3. Ratio de pròpta est ab invètionem & revelationem divinitus facta sanctorum corporum. Si enim Deo cultus reliquiarum non placet

ceret, cur seruis ipse suis corpora sanctorum, quae latebant, ostenderet? 2. articuli fidei non nituntur in certis revelationibus, sed certae & firmæ scripturae sententiæ. 2. etiã hodie crebras revelationes & Enthusiasticos jactant Anabaptista, Wigeliani, & alij hujus farinae bapstiarca, an propterea dogmata sunt, quae ab ipsis effutiuntur? 3. Probandum est Bellarmino, ab ipso Deo factas esse revelationes, non à Diabolo dæmoni dæmones eius turpissimè fuisse illusum. 4. multæ revelationes sunt supposititia, & apocrypha, quæ nunquam euerunt.

Quarta ratio est ex translatione reliquiarum de uno loco ad alium, honoris causâ ab antiquis celebrari solitâ. Nec enim negari potest, quin ad honorem pertineant sacrorum ossium translationes. 1. honorem politicum reliquijs concedimus, religiosum denegamus. 2. quæ consequentia: Transferuntur ossia. E. adoranda, circumgestanda, exosculanda sunt? E. tribuunt peccatorum indulgentias?

Quinta ratio est ex repositione sub altaribus. 1. illa non probatur ex scripturis, & commiseratione potius, quàm refutatione excipiendum est, quod Bellarminus hujus confirmandi causâ huc adducit locum Apoc. 6. v. 9. qui planè mysticus est, & ad hoc probandum non congruit, cum in celo nullum sit propriè altare. At, inquit Bellarminus, hoc arguit, tempore etiam Apostolorum recondita fuisse corpora martyrum sub altari. 1. nulla sequela, & huic repugnat ipsa experientia, cum illo tempore non habuerint templa, teste ipso Cardinali l. 3. de Rom. Pont. c. 13. Apostoli non habuerunt tunc ulla templa, sed solum in privatis domibus loca quaedam destinabant orationi, concioni, & sacris Missarum celebrationibus: Idem patres testantur. Cæcilio Pagano apud E. Minutium Octavio Christiano exprobranti, Cur nullas aras habent, nulla templa? respondet Octavius: putatis nos occultare, quod columus, si delubra & aras nos habemus? 2. si sub altaribus reponendæ sunt reliquiæ, cur supra illas collocant Pontificij? cur circumgestant? 3. arant & adorant: Reponuntur

sub altari. E. sunt adoranda, seu religioso prosequenda cultu.

Sextum ex usu *cerearum* & *lampadum*, quibus honorificatur. & dogmata ex *scripturis* probanda, non ex *consuetudine*. Illud Exod. 25. *ceremoniale* est, & ad *Leuiticum* spectat *cultum*, quod nos in N. T. non obstringit. 2. legitimum *cerearum* usum, tanquam *adjaphoristicum* non improbamus, ut videre est in *funeribus*, non tamen inde statim *religiosa* adstruitur *veneratio*.

Septima ratio bimebris est, ab *utili*, & ab *honesto*; verum satis *in utilis, in honesta* satis. Ab *utili* est apud Chryso- stomum I. de S. Babyla Martyre: *Deus enim nihil ferè utili- us nobis reliquit ad salutem, sanctorum reliquiis. Nihil enim effi- caciùs representat & instigit in animo memoriam sanctorum, quàm sepulchrum ipsorum. Statim enim atq; videmus sepulchrum sancti alicujus, recordamur illius, & virtutè ejus, patiètia, chari- tatis, castitatis, pietatis, & simul cogitamus, quātā gloriā fruatur in caelis pro labore brevissimo hujus vitæ. & ex sacris literis ratio petenda est, non ex nostris imaginationibus. 2. confitemur & nos, affectus excitari rebus visis, verum accuratè distin- guimus inter ordinarium, unice fundamentale medium con- versionis, & inter adjumentum memoriæ. E. secundum quid, non simpliciter verum est, & magis excitat ad virtutes. vide Scult. Icon. p. 19. & Caco. p. 31. 3. loquitur Chryso- stomus de sepulchris. E. monumentis ingerenda & sepelienda sunt sanctorum reliquiæ. 4. Quæ & quanta ἀνακομιδή: Utilia sunt monumenta & corpora sanctorum ad memoriam. E. sunt adoranda, religiosè colenda, circumgestanda, &c? Ratio ab honesto est multiplex. Primum enim corpora sanctorum fuerunt organa animarum ad omne opus bonum. & quæ sequela: E. ad ea orantes citiùs exaudiuntur, pluresq; indulgenties merentur? 2. fuerunt & sunt instrumenta Dei ad miracula. Resp. funiculi ex arena torti. E. meritorius est cultus, si quis ea adoret & exosculetur. E. omnia omnium Prophetarum corpora fuerunt adoranda. Cur igitur Deus ab-*

abscondidit sepulchrū Mosis? Cur Petrus, Paulus, & Barnabas adorari noluerunt? Cur non adorata est Bileami asina, per quam Deus antea inauditum edidit miraculum? 3. *sunt pignora patronorum.* Resp an propterea sequitur esse adoranda, esse gratum Deo cultū, mereri nos plurimas in aliquot mille annos indulgentias? Cur mortuis offerunt, quem vivi detrectarunt honorem? Et sanctos nostros esse Patronos, nondum probatum est. Hæc omnia tantum probant honoranda esse sanctorum cadauera, id quod & nos ipsi asserimus. 4. *Sunt exuvia charissimorum.* Resp. lepidè: E. religiose eas colere decet? Imò hic ipse fons est, è quo omnis idololatria pullulavit & scaturijt. Acerbè enim dolens pater citò sibi rapti pueri fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Sapient. 14. v. 15. 5. *sunt trophæa triumphantium.* Resp. ludit Cardinalis perpetuā fallaciā consequentis ob fallaciam causæ. Tò enim esse trophæum, non adæquatā religiosi cultus causa est: imò ex hoc ipso more exorta fuit idololatria. Quos enim palam homines honorare non poterant, eò quòd longè essent, è longinquo figura corū allata euidenti imaginem Regis (vel etiā in ipsis trophæis) quæ honorare volebant, fecerant. Sap. 14. v. 17. Sextò designata sunt ad gloriam incredibilem. Resp. Omnis fidelis ad eam designatus est. E. omnis fidelis adorabitur, & qui hoc faciet: merebitur Dei gratiā & peccatorum veniam? Angeli jam fulgent instar lucidissimorum astrorum, & tamen respuunt hunc cultum Apoc. 19. & 22.

Quartum probationis nostræ generalis membrum est, quòd hæc σκελετολογία destituatur suffragio primitivæ Ecclesiæ & canes sanæ antiquitatis, id quod exsequentibus videre erit testimoniis. Eusebius l. 4. hist. Eccl. c. 15. refert Epistolam Ecclesiæ Smyrnenensis de Martyrio Polycarpi: *Emulus ac invidus & versutus generis justorum adversarius*

rims

rius, cum martyrij bujus amplitudinem & conversationem ejus inde ab initio incorruptibile incorruptionis coronâ ornari, ac incomparabile brabeu acquirere cerneret: hoc curavit, ne corpusculum ejus à vobis acciperetur. Erant enim multi, qui hoc facere, & sancte bujus caruncula participes fieri cupiebant. Suggesterunt itaq; nonnulli Nicetæ Patri Herodis, ac fratri Dalces, ut Proconsulem moneret, ne corpus illius traderet, ne Christo relicto, hunc colere incipiant? Et hoc dixerunt Judæis submonentibus & urgentibus, qui etiam nos observabant, ne ex igne illum eriperemus, ignorantibus, nos nec Christum unquam relinquere, qui pro totius servandorum mundi salute passus est, nec alium quempiam colere posse. Nam Jesum quidem tanquam filium Dei adoramus: Martyres verò tanquam discipulos & imitatores Domini dignò propter insuperabilem in Regem ipsorum at præceptorem benevolentiam diligimus, quorum & nos consortes & discipulos fieri optamus. Cum ergo centurio contentionem Judæorum cerneret, positum corpus in medio, sicut mos ipsis est, combusserunt, atq; ita nos tandem ossa illius pretiosis lapidibus preciosiora & auro probatiora condidimus, ubi id fieri decebat, congregatis cum exultatione & gaudio Dominus natalem Martyris sui diem ad memoriam eorum, qui ante certarunt & futurorum exercitationem ac præparationem celebrare largietur. Excipit Bellarminus, eas reliquias à Christianis collectas ad cultum patere tum ex verbis citatis, tum ex contentione adversariorum. Judæi enim (inquit) atq; Ethnici resselebant, ne reliquias aperentur prætextu pietatis. Existimabant enim corpora à Christianis adorari, ut in eodem loco Eusebius testatur. Imò verò contrarium ex verbis patet. Ingenuè enim confitentur, se non alium quempiam colere posse extra Christum. 2. ostendunt ipsi, quo fine desiderarint Polycarpi corpus, nimirum ut conderent. Dicunt enim: nos tandem ossa illius pretiosis lapidibus preciosiora & auro probatiora CONDIDIMUS, ubi id fieri decebat. 3. ipsi respondet Ethnicorum calumniæ, se non adorare hæc corpora Sic idem Euseb. l. 7. c. 16. narrat: *Assyrium martyris cujusdam corpus humero suo,*
spren-

splendidog & pretioso indumento impositum detulisse, & splendidi-
 diffima sepultura quantum conveniebat, tradidisse. Et c. 22.
 sanctorum mortuorum corpora complexi sinu exceperunt, lave-
 runt, & ad sepulturam ornarunt. Origenes l. 8. contra Cel-
 sium: Rationalem animam honorare didicimus, & hujus organa
 sepulchro honorifice demandare. In vita Antonij Nullus ad Æ-
 gyptum proferat reliquias meas, ne vano corpus honore servetur,
 ne vituperati ritus à me, ut nostis, etiam circa me servantur ob-
 sequia; hujus rei gratiâ maxime huc sum egressus, ut nemo præ-
 ter vos locum tumuli mei noverit, & c. Discipuli ergo involutum, ut
 praeceperat, corpus humo operuerunt, & nemo interim usq; ad hanc
 diem præter eos, ubi conditum sit, novit. Vigilantius, qui flo-
 ruic circa annum 360. de Reliquiis sanctorum ita: *Quid*
opus est, te tanto honore, non tantum honorare, sed etiam AD-
ORARE illud nescio quid, quod in modico vasculo transferen-
do colis? Quid pulverem linteamine circum datum AD ORAN-
DO oscularis? Prope RITUM GENTILIIUM videmus, sub
prætextu religionis introductum, quod ubicunq; pulvisculum ne-
scio quo in modico vasculo pretioso, linteamine circumdatum of-
culantes adorant, & c. Cyrillus l. 10. cont. Julianum san-
 ctorum reliquias non circumgestandas, sed in sinu matris & in pro-
 fundis terra occultandas dicit. Concilium Elibertinum c. 34.
 Cereos per diem placuit in camiterio non incendi. Inquietandi e-
 nim sanctorum spiritus non sunt. Qui hac non observa verint, ar-
 ceantur ab Ecclesia communione. Can. 35. Placuit prohibere, ne
 femina in camiterio pervigilent, eò quod sæpe sub obtentu oratio-
 nis scelera latenter committantur. Excipit Bellarminus, Con-
 cilium id prohibuisse, quia fiebat more Gentilium, inter quos
 tunc Christiani versabantur. & Concilium indefinite loquitur,
 & probandum est Pontificijs, se ceris accensis non imi-
 tari gentiles, cum id aperte fateatur Polydorus Vergilius
 in libris de inventione rerum. Et vix perpetuos suos ignes
 ita tuebuntur, ut originem non ad Chaldaeos & Persas refe-
 rant. Et hæc quidem testimonia non eo produximus fi-
 ne.

ne, quasi quicquam probent *sine scripturarum Canonica-
rum auctoritate*, sed quando sacras literas habent ^{quoque},
libenter acceptamus, unde patet, quid respondendum
sit Bellarmino, qui admodum operosus est in *conquiren-
dis Conciliorum & Patrum dictis*, nim. *primò scripturæ dictis
confirmandum esse dogma*, postea *illustrationis loco accedere
posse hæc dicta seu testimonia*. 2. multa id tantum di-
cunt, quod & nos, nim. *sanctorum cineres esse honorandos*,
quod ultrò admittimus. 3. quædam *superstitiones sui seculi
recensent*, quibus propter vitanda scandala *cesserunt Epi-
scopi*, ne fundamentum fidei penitus evertatur. 4. quæ-
dam non sunt de *canonâ & sana antiquitate*, sed ex illius cen-
su, quorum seculo jam gliscebatur vel plenis velis invehe-
batur hæc *συνελευστολατρία*. 5. quædam deniq; sunt *supposititia
& falsa*. Huc referi insigne illud testimoniū Erasmi Rote-
rodami in annot. Matt. 23. *Damnat hoc loco Hieronymus mul-
licularum quarundam superstitionem, quæ quod olim in Phyla-
cterys faciebant, in parvis Evangelij & crucis ligno, alijsq; rebus
hujusmodi, quæ habent (inquit) zelum Dei, sed non secundum
scientiam, calicem liquantes & camelum deglutientes. Si vir san-
ctissimus hæc sentit de muliculis, quarum infirmitati par erat
nonnihil concedere, quid dicturus sit si videat hodie passim ad
quæstum ostentari lac Mariæ, quod honore propemodum ex equa-
tur corpori Christi consecrato, prodigiosum oleum, fragmentula
ligni crucis, tam multa, ut sin aceruum redigantur, vix una ana-
vis oneraria debeat, hic ostentari Francisci cucullam, illic intimam
vestem Mariæ virginis, alibi pectinem Annæ, alibi caligam Joseph,
alibi calceum Thomæ Cantuariensis, alibi Christi praputium,
quod cum sit res incerta, religiosius adorant, quam totum Chri-
stum. Neq; verò hæc ita proferuntur tanquam ferenda & plebecu-
la donanda affectibus, verum hæc ferè summa religionis vocatur,
avaritia sacerdotum, & Monachorum quorundam hypocrisis,
quos alit populi stultitia. Atq; in hisce Comedijs primas agunt E-
piscopi quidam factitij, ne nusquam valere videantur, hæc suis di-
ploma-*

plomatis approbant, suis navijs ornant, tant à gravitate, ut quoties mihi legitur istorum comprobatio, minus credam, quam antea credebam. Quibus in rebus nisi gravis inesset pietatis jaectura, Christus non tam acriter in hoc hominum genus in deberetur, cum alioqui lenis sit in peccatores. Idem statuit Georgius Caslander in consult. art. 21. p. 147.

Quintum & ultimum membrum generalis nostri Syllogismi est hoc, quod videlicet plurimæ fiant fraudes & imposturæ circa sanctorum reliquias, ita ut sapius propiorum ossibus latronum, asinorum, equorum, boum, & aliorum animalium ossa veneretur & ex osculetur Pötificii: sapius quoque, una eademque, unius eiusdemque sancti reliquia multis distinctis habeantur & reserventur locis, adeo ut post mortem pluræ assumptisse corpora videantur: quedam denique, nugacissima sunt & fabulosis mendaciis, quin & saepe numero adeo ridicula, anilia & puerilia, ut vel ipsos saniores Pontificios pudeat illas fictitias referre & commemorare reliquias. Sic præputium Christi ostentatur Antverpiæ quod mirâ fertilitate aliud genuit Romæ, & aliud Bisantij, & aliud Aquiligrani ab angelo Hierosolymis eò devectum, aliudque Pictavi Galliæ. Nihilominus Charrovienses Monachi jaectitant, se integrum habere præputium, seu amputatam in circumcissione pelliculam. Tres gutturæ sanguinis in circumcissione effusæ ostentæ olim fuerunt Argentiniæ: aliæ de cruce per Nicodemi chirothecam exceptæ conspiciuntur Ruppellæ pictonum, plena phiala Mantuæ: liquidus sanguis in vase chrystallino videre est Bilioni in Avernia; coagulatus in vico proximo, plenus paxeris effusus, Romæ ad Eulachij: sanguis ex corpore examini antequam sepeliretur extersus, Brugis in Flindria ad Basilij, aqua admixtus ut ex latere fluxit, Romæ ad Johannis Lateranensis. Præsepe demonstratur Romæ in æde Mariæ majoris: in D. Pauli æde ibidem ut & in Hispania in Salvatoris templo lodices Christi habentur, item incunabula & indusia ejus. Romæ ad Jacobi colitur altare, in quo sstebatur Christus, cum offerretur in templo columnag, qua disputans in templo nitebatur. Hydria illa sex habentur aliquæ Ravennæ, Pisis, Cluniacis, Andegavi, & in Hispania in templo Salvatoris, Magdeburgi & Quedelburgi: Aurelia vinum ex aqua factum, conservatur; calcei Christi in sancto sanctorum Romæ habentur: mense super qua Christus cenam administravit, in templo Lateranensi Romæ honor penditur; mappa, super quam administrata fuit, adoratur apud Cadurcos in Abbatia Fontis; panis particula, quem distribuit Apostolis, in Hispania in templo Salvatoris ceu Deus adoratur. Treveris cultrum, quo agnus paschalis dissecabatur, asservant propè Lugdunum in templo Mariæ insulanæ, item in Helætia in Augustinianorum ali-

quo Monasterio *calix* ille *Christi discipulis cum sanguine porrectus*, qui *unicus* tantum erat, ostenditur. Romae & Genuae & Arelatae *patinam agni paschalis* unicam se habere credunt: *supparum* Christi sive *linxum*, quo *discipulorum pedes post lotionem absterfit*, Romae templum Lateranense sibi vendicat, idem etiam Aquigrani in Germania asservatur, cum *impresso vestigio pedis Iudae*. *Frustrum* *quing. panum* Romae in nova Mariae aede, aliud *frustum* in Hispania in Salvatoris aede monstratur, ut & *palma*, quam Hierosolymas adveniens *gestasse* dicitur, terra, cui *insitit Lazarium resuscitans*, passim sacra habetur. *Cruz* Christi ab Helena Imperatoris Constantiniani matre inventa antiquitus credebatur, & adhuc hodie *crux* eadem Hierosolymis esse creditur, quam tamen Helena *divisit*: ejus tam *innumerabiles portiones & frustra* passim in universo orbe in omnibus templis & monasterijs habentur, ut ex ijs propemodum *sexcentae cruces* effici possint. Clunium *Christiforma* Remis in lapide expressa monstratur. Tolosae *inscriptio crucis Christi* retineri putatur. Romae in S. crucis aede eandem *reperiri* tradunt. *Clavitrices*, quibus Christus crucifixus est, plurimis in locis asservari dicuntur. Mediolanenses & Carpentoractenses unum ex illis sibi vendicant, duo praeterea Romae, in templo Helenae alter, alter ad S. crucem inveniuntur: item unus Senis, alius Venetijs, etiam alij duo in Germania, alter Coloniae, alter Treviris esse, ut & Parisijs in Sacello sanctorum unus esse creditur. Carmelitae quoque unum habent: in S. Dionysij templo Galliae: item unus alius Draguniana, item alius in Abbacia, quae a forpice aurifabri nomen habet, cum veneratione asservatur. Bituriges se quoque unum habere autumant. *Cuspis sarissae*, quae latus Christi transforsum, quatuor in locis Romae, Parisijs in monasterio forpiceis aurifabri, apud Xantones & Selvae prope Burdegala in adhuc conservatur. *Spinea corona* Christi in omnes regiones dispersa est: Parisijs tertia ejus pars, Romae magna pars custoditur, Senis, Vincentiae, apud Bituriges Vefontij, in Monte regio, in Hispania Compostellae & in templo Salvatoris, in Helvetia, Tolosae, Mantifconae, Chartovii, Cleriaci, Sanfloridi, Sanmaximi in Provincia Sallae, Novioduno, Coloniae Agrippinae, & alibi *rami* de ea aut *toti fasciculi* potius *nidum ciconiarum*, quam *coronam* efficientes, tanquam res sacrae & divinae coluntur. *Purpura Christi* respersa sanguinis guttulis alibi adhuc remanet. *Tunica* eius *inconsultu* in pago Argentoliae prope Lutetiam Parisiorum, item Treviris, item in Turcia a Mahometistis custoditur. *Tesserarum militum* altera Treviris, altera in Hispania in templo Salvatoris velut sacrosancta res asservatur. *Sudarium Christi* Niceae, Aquis in Germania, Traiecti & Vefontii, Cadonii, Lemovici, in Lotharingia, & Romae in Vestalium aliquo

aliquo monasterio devotè à plebe honoratur. Arundo, quæ Christo pro
 sceptro dabatur, Romæ in Lateranensi templo & spongia in æde sacræ Cru-
 cis superest. Tringit a Iuda argentei religiose adhuc asservantur, Caudam asini,
 quem in equitavit Christus, Genua ostendunt. Piscis particulam Christo
 à Petro oblatis, item vestigia Christi aliquot, item Lachrymas Christi & sangui-
 nem aut ex bestijs aut ex imaginibus profluxum divino profus cultu afficiunt.
 Wolff, in lect. memor. cent. 16. p. 233. Imago faciei à Christo ad passionis lo-
 cum abducto sudario impressa ac Veronica data habetur Romæ in æde S. Pe-
 tri, sed si Lucio Marineo Siculo Historiographo Imperatoris Caroli V. l. 5.
 dereb. Hisp. fides est, illam in Hispania quoq; habetur. In Hispania ostenditur ve-
 xillum, quo Christus in inferno usus est. Nota hic insignem fraudem circa asinū,
 quo inæctus est Christus, factā. Accidit aliquando, ut sacerdoti Italo Germa-
 nus peccata sua cōfiteretur, quem ille falsè admodū hunc in modum ita iit:
 In primis sanctum, ait apud se latere thesaurum, quo universa Germania, si eo de-
 portaretur, salus & felicitas possit obtingere. Quod si sancti a huius rei sibi promit-
 tat silentium, quamdiu Romæ & in Italia degat, se thesauro isto incomparabili
 eum donaturum. Protinus alter iurando se obstringit, se rem in Italia nusquā
 pro palaturum. Itaq; ei communicat sacerdos pedem asini sindoni accuratè invo-
 lutum, affirmans reliquias esse de asino isto, cui Christus in sedisset, reservatas. Mu-
 nus alter cum magna veneratione susceptum osculatur, beatum se indicans, qui
 tali thesauro Germaniam ornaturus sit. Cum iam Alpes attigisset, gloriabundus
 preciosas de sancto asino reliquias inter comites suos ostentare capir, mox alii tres
 de simili thesauro gloriari caperunt: nec mora nulla, quin eum cum magna venera-
 tione deprecarent, & quo obstricti à sacerdote iuramento eum acceperint, reserrent.
 Quid verbum opus? sibi omnes pariter felices ob hunc thesaurum videbantur. Quia cum
 audiret QUINTUS, qui aderat, ita idem à sacerdote italo asini pede donatus; Ergo-
 ne, inquit, ASINO ISTI QUINQUE FUERE PEDES? ex colloquio Mart. Lu-
 theri. Sic D. Heerbrandus part. 2. disp. Theol. disp. 67. de multiplici papa-
 tus idolomania p. 1471. refert. Fuit ante annos circiter nonaginta Rotenbur-
 gi ad Nicrum sacrificulus quidam, vulgè & ex cognomine Pfaff Isele dictus, homo
 ingeniosus, qui cum Romam sive religionis sive alia de causa se contulisset, factus est
 Pontificis Romani indulgentiarum. Redijt itaq; in patriam reliquias instructus pen-
 nā ex Archangeli Michælis ala, cuius virtutes, ut fuit disertus mirifice cōmendavit,
 ut merces suas extruderet, quæstumq; inde faceret maximum. Accidit autem, ne
 quodams abbathe vesperi diverteret ALTINGÆ, qui est pagus non procul Tubinga
 distans, ubi cum genio indulgeret liberius, negligentius reliquias suas custodire ca-
 pit, vino magis deditus quam sacro. Factum est itaq; ut ex theca reliquias illa sacra
 furri-

furriperentur. Mane postquam surrexisset sacrificulus, requirrens suas reliquias, quò merces suas exponere & populo ostentare posset, sublatas esse videt. Nihil igitur eunctarius nec dissimulans, quòd hospiti am esse consciam iudicaret, rectà in stabulum descendit, eòq; proximo praesepi paucillum FOENI arripuit, suaq; inclusit & theca. Haec mea, inquit, sunt reliquiae, quòd cum hospiti a vidisset, ridere illas reliquias cepit. Atqui, inquit ille, iam in templo, sacris modò interesis, eas osculaberis. Quòd cum se facturam pernegaret, indulgentiarum pactus est symbolum. Finit à concione impostor pro more reliquiarum suarum virtutes divinas propemodum coram populo nimis credulo depraedicare cepit: esse sc. fenum illud, super quòd Christus recens natus in praesepi Berthehemitico recubuerit, tant aq; habere virtutes inter reliquias, ut qui eas exoscularetur, eodè anno à peste, qua tunc passim in illo Ducatu grassabatur, esset immunis. Præterea etiam arcere omnes adulteros & adulteras, ut accedere non possint, nec illas exosculari. Hospiti a imposturarum conscia, & quòd de lucello aliquid decederet, diu cunctata, tandem de SUMPTUALUIT, quam DE FAMA, quòd de pudicitia esset aliàs suspecta, periclitari. Accessit itaq; postremo loco reliquias sui stabuli exosculans, cui sacerdos submissà voce, EN ADVENIS dixit. Cum verò fama de reliquiarum istarum virtutibus percrebuisset, & homines miseri, qui eas exosculati fuerant, à peste immunes non essent, sed illà correpti miserè perirent, ad Ducem Wirtembergicum Eberhardum rumor pervenit. Is mundi nationum illarum imposturas intelligens Theologis Tubingensibus in mandatis dedit, ut impudenti homini ad se accersito vanitatem exprobrarent, eiusq; petulantiam contunderent, quòd & factum est. Verùm ille artu sua memor audacter respondit, se neminem sefellisse nec mentitum esse. Cùm verò illi contra obtricerent, certum esse multos eo morbo periisse, qui reliquias ipsius essent exosculati & venerati, rursus negavit subsiciens, VITRUM tantummodo, non ipsas reliquias exosculatos esse, sicq; ioco & risu actionem seriam impostor elusit. Sic Iohannes Tezelius indulgentiarum scrutarius & æruscator Pontificius, cum devectis in Misiniam & expositis suis mercibus quodam in oppidulo concionaretur, quò magis sese hominibus commendaret, promisit allaturum se ad meridianam concionem egregium quiddam de reliquiis, ac imprimis pulcherrimam pennam Archangeli Michaelis, quam illi Diabolus in duello ex alis evulserit, esse monstraturum. Aderant quidam, quibus fraus subolebat, qua propter cibum capiente cum sacerdote Tezelio, cum is à tergo vasculum cum penna in periclinio positum haberet, illi eandem inde suffuratur, & pro ea carbonem ingerunt. Minimè hoc Tezelius advertebat, sed arrepto vasculo doli nescius ac probè potus in templum properabat, pecunia senes emuncturus. Ibi ergò unum mendacium ex alio consueus & de pennà Michaelis mira prædicans magnam

magnam apud omnes inauditæ rei expectationem, incredibileq; desiderium excitavit, ac iam decurso tempore ac præhensio vasculo, heu, inquit, infelix ego quid egit cupiebam vobis, auditores, pennam *Michaëlis* conspicendam præbere, at erravi, & pro illa *carbones* arripui, quibus *S. Laurentius* est crematus. Wolff. cent. 16. p. 95. Et alia id genus sexcenta possent proferri exempla. Sic *Andreas Abbas Amelunxbornensis* vir eruditus & gravis narrare erat solitus de *Eduardo Anglorum Rege* ex dentibus laborante, cum mandasset *Apollonia dentes*, quæ ubiq; in regni sui templis inter reliquias servabantur, ad se mitti, *tot ex unius regni reliquiis Apollonia dentes coacervatos fuisse, quos aliquot tonna capere non potuerint.* Chemn. part. 4. exam. c. de reliq. pag. mihi 12.. Sic multæ reliquæ & corpora multa pluribus locis habentur, unde *fraus Pontificia* nulli non patere potest. Sic *corpus B. Marthæ* asservatur Romæ in æde *Mariæ majoris*, idem etiam ostenditur *Treviris*, item *patavij: corpora Protasii & Gervasii* *Mediolani*, & *Brisiaci* *Brisgoiæ*, & *Bisantij* ad *D. Petrum*. *Bartolomæi corpus* *Neapolis*, item *Romæ* in templo ei sacratissimo & *cutem* *pisæ* asservari dicunt. *Andreas* aliud corpus *Melphis*, ut & *Philippus* & *Iacobus minor*, habent, *Romæ* alia corpora præter superiora, *Marcii* corpus habetur *Reichenavij* & *Venetijs: VVilhelmi* in *Gallia* & *Hollstein*. *Petri* corpus reconditum est integrum *Romæ* in *Vaticano*, dimidiatum in *via Otienfi*, aliqua particula *Constantinopoli*. *Caput* asservatur *Romæ* in *Basilica Lateranensi*: pars capitis *Romæ* in *Ecclesiæ S. Prædix*: *mandibula cum barba* *Pictavij* in *Gallia*: *dentes* *Romæ* in *Ecclesijs SS. Vincentij & Anastasij S. crucis, S. Salvatoris, Lateranensis, S. Laurentij* extra muros, *S. Sebastiani, S. Prædix* *Cerebrum* erat *Genevæ*, sed deprehensus est pumex populo pro cerebro ostendi & demonstrari. *Ossa* multa sunt *Romæ* in templo *S. Laurentij* extra muros. *Pars lacerti* asservatur *Romæ* in *Basilica S. crucis*, *costa & digitus manus* *Romæ* in *Ecclesiæ S. Sebastiani*; *digitus pedis* *Romæ* in *Ecclesia S. Prædix*. De *Dionysii* corpore decertant *Ratisbonenses*, & *Galli* ad *Dionysium*. Quia *Franci* id sibi vendicabant, *Ratisbonenses Romæ* litem moverunt, quibus corpus adjudicatum fuit hac cautione: *Qui S. Dionysii corpus hoc non esse diceret, lapidibus obrueretur: qui verò negaret esse Ratisbonæ, haberetur pro hæretico, quia sedi Apostolicae rebellis esset.* *Costas Margaretha* se habere dicunt & prædicatores & *Carmelitæ*. *Canonici Trevirenses*, & *Leodienses de Lamperti capite* depugnât. *Capilli* aliqui *virginis Mariæ* monstrantur *Romæ*, ad *Mariæ supra Minervâ*: ad *Salvatoris* in *Hispania*: *Matisconæ*: *Cluniaci*: *Nucerinæ*: ad *Sanfloridi*: ad *Saniacquerij*; alijsq; in locis. Si autem cū corpore sublatæ est *Mariæ in calos*, certè etiam *capilli* eius eò translati sunt. De

Lacte

Lacte ejus tanta ejus hinc inde copia monstratur, ut si sanctissima virgo toto vitæ suæ tempore nutritrix fuisset, ubera tamen ejus vix tantum lactis reddere potuissent. Nec enim est ullum tam parvum oppidulum, nullum tam vile cænobium, in quo non aliquid monstratur, a deo ut vel *tredecim optima vaccae Helvetiae*, quarum ubera ita tument & dispenduntur lacte, ut penè rumpantur, vix per annum copiam adæquare possint. De capite Iohannis Baptistæ Ambiani se faciem habere gloriantur: & in ea larva, quam ostendunt, vulnus apparet, quod Herodiadem cultro infixisse dicunt. Iohannis Angelici autem in colæ eandem etiam partem ostendunt. Reliquum verò capitis, nempe à fronte ad cervicem usq., erat quondam in Rhodo, hodiè verò in Melita: Occiput est Nemorosi: Cerebrum Novij Ranttoviensis. Sed nihilominus ad Iohannis Morienni pars capitis habetur. Est etiam ejus mandibula. Vespotione ad Iohannis Majoris. Altera pars est Lutetiae ad Iohannis Lateranensis: & extremum auricula ad sanctorum in Avernia: frons verò & capilli in Hispania ad Salvatoris. Est etiam Novioduni frustum aliquod, quod magifico apparatu ostendi solet. Quaedam etiam pars Lucæ habetur. Et tamen Romæ in Sylvestri cænobio integrum caput Iohannis ostenditur. Senenses etiam ejus brachium habere gloriantur, quod veteribus historijs repugnat, quæ totum corpus, excepto capite, exustum esse testantur. Eadem etiam referunt, unicum illum digitum Iohannis comburi non potuisse, quo Christum populo monstravit: Et tamen sex hinc inde digiti eius ostenduntur: unus Vespotione ad Iohannis Magni: Tholose alius: alius Lugduni: alius Bivarigibus: alius Florentiæ: alius ad Iohannis Fortuiti propè Matisconem. Et sic infinitæ aliarum reliquiarum eorundem sanctorum plurimis distatissimis locis habentur & asservantur, ut vix magnum aliquod volumen ijs recensendis sufficiat. Ex quibus benevolo Lectori satis superq; apparere autumo, de reliquijs, hinc inde quæ ostenduntur, quid sentiendum atque judicandum sit, nim. non temerè illis fidem esse habendam, nisi certè luxuriosis de earum veritate in dubitato constes: & si deprehensa fuerint genuina, honestè tumulu & sepulchru esse inferendas, non autem religiose prosequendas cultu: quæ prudenti Lectori pro temporis angustia sufficient.

Faxit Deus benignissimus, ut qui Zelo, sed non secundum scientiam ducuntur, salutarem scientiam ex scientiæ fonte Iesus hauriant, & regnum, ubi vera vigeat scientia, acquirant: quibus contra scientiæ satis, conscientiarum, & ita scientes prudentes scientiam spiritus sancti negant, ut conscientiarum quam humanæ sapientiæ maiorem habentes rationem viam ad veræ scientiæ culmen deducentem ingrediantur, & strenuè decurrant, donec ad scientiæ aeternæ arcem pertingentes verè & religiose Deum in Trinitate unum & in unitate trinum sciant & cognoscant, Amen! Amen!